DE SERMONE DACTYLICORUM LATINORUM QUAESTIONES.

CATULLUS ET OVIDIUS QUIBUS RATIONIBUS LINGUAM METRO DACTYLICO ACCOMMODAVERINT.

PARS PRIOR.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT ET AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS CONSENSU ET AUCTORITATE AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES IN UNIVERSITATE LITTERARUM VIADRINA VRATISLAVIENSI

RITE IMPETRANDOS

DIE XXVII. M. SEPTEMBRIS A. MCMV HORA $11\frac{1}{2}$
UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS IN AULA LEOPOLDINA

PUBLICE DEFENDET

ERNST BEDNARA
SILESIUS.

ADVERSARII ERUNT:
B. KNUTOWSKI, Drd. phil.
A. PRAUSE, cand. phil.

LIPSIAE TYPIS B. G. TEUBNERI MCMV.

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulit F. SKUTSCH.

FRANCISCO SKUTSCH

STUDIORUM MEORUM FAUTORI
HARUMQUE PRIMITIARUM SATORI

S.

Numeri paginarum sunt voluminis XIV. Archii Wölffliniani, in quo etiam altera pars huius commentationis propediem edetur.

Graeca lingua cum dactylicis rhythmis valde faveat, Latina autem a metro dactylico natura abhorreat, contra iambicis et trochaicis modis apta sit, hexametrum versum e Graecia in Italiam transferendo Ennius linguae Latinae non convenientem quasi vestem induebat: plurimis pulcherrimisque formis ut versui non aptis uti poetis epicis non licebat. Hi igitur varias ac diversas artes et dolos, ut ita dicam, adhibere coacti erant, ut congruentem novo, quantum id fieri posset, metro facerent linguam. Et vero summa eorum opera et studio contigit[1]), ut Graecum illud metrum Romana quasi civitate donarent; neque tamen adeo, ut, qui accuratius indagaverit, quibus in angustiis saepe sint versati, non perspiciat. Augebantur etiam difficultates in pentametro pangendo, cuius alterum hemistichium meris dactylis nunquam non constabat, alterum prima sede[2]) — certe apud Ovidium — plerumque dactylum continebat. Operae igitur pretium mihi videtur poetarum elegiacorum complicatas et perplexas, quibus ad metam tendebant, sequi vias. Atque nos quidem ex illorum numero examinandos et comparandos duos elegimus, Catullum,

---

Numeri, quibus in citandis auctoribus usus sum, sumpti sunt ex editionibus hisce:

Enn. ed. Vahlen².
Lucil. ed. Marx.
Lucr. ed. Lachmann.
Plaut. ed. Leo.
Poet. Lat. Min. ed. Baehrens.
Poet. Rom. Fragm. ed. Baehrens.
Scaenic. Fragm. ed. Ribbeck².
Ter. ed. Dziatzko.
Varr. Sat. Men. ed. Buecheler.

1) Cf. Luc. Mueller, De re metrica² p. 518—522.

2) Cf. Isidorus Hilberg, Die Gesetze der Wortstellung im Pentameter des Ovid, Leipzig 1894, p. 657—751.

qui post Enni aliorumque conamina[1]) primus eorum poetarum, quos quidem manibus tenemus, metro elegiaco carmina composuit, et Ovidium[2]), qui ad summam formae elegantiam pervenit et arte praeter ceteros omnes floret, cuius notum est superbum illud:

Et quod temptabam dicere, versus erat.

Neque tamen omnia Ovidi carmina elegiaca perscrutatus sum, sed arcessitis primis huius generis operibus, Amores dico et Artem amatoriam, ad novissima animum advertens Epistularum Ponticarum librum primum perquisivi, et cum invenissem nullum inter carmina iuvenilia et senilia exstare artis discrimen, in hisce poematis acquievi.

Nostrum igitur erit demonstrare qua ratione et arte Catullus Ovidiusque difficultates, quas lingua Latina metro dactylico opponebat, superaverint. At priusquam opus nostrum aggrediamur et in officinam poetarum penetremus, quo rerum ordine simus usuri paucis liceat exponere.

Ac primum quidem praefationis instar (A) nonnulla praemittemus de vocabulis metro dactylico non aptis; deinde ad materiam propriam (B) nos accingentes tractabimus, quae poetae his rebus adhibuerint remedia, quorum quinque distinximus genera: I. remedia e vocabulorum in versu functione petita (i. e. vocum collocationem, elisionem, prosodiae mutationem), II. remedia, quae in sonorum, III. remedia, quae in formarum alternatione posita sunt, IV. remedia syntactica, V. remedia lexicalia (ut vocabulo commodo magis quam Latino utar), cui parti adiunximus appendicem de vocabulis epicis. Denique in epilogo (C) disputationis nostrae summam faciemus.

Restat, ut doctissimum illum nominemus virum, qui primus optimum de his rebus scripsit librum et observationum nostrarum fundamentum iecit, Koenium dico, cuius opus inscribitur Über die Sprache der römischen Epiker, Münster 1840. Attamen cavendum nobis est, ne cum virtutibus huius libri vitia quoque imitati omnia metri dactylici necessitati tribuamus neglectis vetustioribus vel poeseos vel prosae orationis monumentis.[3]) Et tan-

1) Cf. Baehrens, Catulli Veronensis liber, Lipsiae 1885, Proleg. p. 2—14.

2) Editionibus usus sum his: Catulli ed. Riesei Baehrensi Schwabei, Ovidi ed. Burmanni Riesei Brandti.

3) Cf. Ritschl, Opusc. II p. 582 n. 2: '(Koene) leidet doch gerade an

tum abest, ut ex poeta versificatorem faciamus, qui anxie circumspiciat, unde dactylum promat, ut contra non ignoremus multa non magis necessitati metricae quam ingenio ac licentiae poetae deberi[1]), multa quoque e sermone cotidiano vel volgari ab eo recepta esse, libereque profiteamur studia dactylicorum poetarum linguae Latinae non incommodo, immo summae utilitati magnoque incremento fuisse. Sed quamquam nos non fugit poetam saepe aliter dicere non minus noluisse quam non potuisse, tamen huic rei plurimum momenti tribuimus in disputatione nostra; idque nobis, puto, concessum erit, quandoquidem nostrum est operam dare necessitati metricae.

A. De vocabulis versui dactylico non aptis.

In metrum dactylicum omnino immitti non possunt voces creticum (_ ∪ _) vel tribrachyn (∪ ∪ ∪) vel antispastum (∪ _ _ ∪) continentes; vocabula, quae formam bacchei (∪ _ _) vel ionici a minore (∪ ∪ _ _) praebent, hexametro non nisi in quarto aut sexto pede, pentametro omnino inseri non possunt.[2]) Sed quot voces talem prosodiam exhibeant ideoque a versibus dactylicis vel plane vel partim secludantur qui comperire voluerit, is inspiciat Koeni librum, qui permultas voces non aptas enumerat; praeterea nonnulla collegit F. C. Hultgren, Die Technik der röm. Dichter im epischen und elegischen Versmaß, Jb. f. Ph. 107 (a. 1873) p. 754—755. Nos autem summatim singulas declinationes et coniugationes perlustrabimus poetarum dactylicorum summam in summis divitiis inopiam ostendentes.

---

dem fühlbaren Mangel einer fast unglaublichen Unbekanntschaft mit der Sprache der Komödie.' Cf. etiam iudicia Th. Bergki, Zeitschr. f. Altertumswissensch. 1842 p. 183—198, R. Schuberti, De Lucretiana verborum formatione, Halae 1865 p. 6—9, Bernhardyi, Grundriß der röm. Literatur[5] p. 24—25, Antoni Zingerle, Ovidius und sein Verhältnis zu den Vorgängern und gleichzeitigen röm. Dichtern II, Innsbruck 1871, p. 115—117, III p. 7—8, A. Brocki, Quaestionum grammaticarum capita duo, Iurievi (Dorpati) 1897, p. 76—77.

1) Cf. Ernestus Haefner, Die Eigennamen bei den lat. Hexametrikern, München 1895, Vorwort p. 3.

2) Quid, quod Ovidius formas speciem ionici a minore praebentes, nisi forte Graeca nomina propria sunt, vel a sexta sede excludit iisque quartum tantum pedem concedit et Catullus ipse quoque voces Latinas eius mensurae non admittere, sed sola Graeca nomina et propria et appellativa sexto pede recipere videtur. Cf. Hultgren, Observationes metricae in poetas elegiacos Graecos et Latinos, Pars prior Lipsiae 1871, p. 27 n. 2.

I. declinatio. In prima declinatione[1]) apti sunt omnes casus eorum tantum nominum, quae ex duabus syllabis priore producta constant velut mensa; eorum, quae priorem syllabam habent brevem, genetivus pluralis hexametro non nisi in quarto aut sexto pede inseri potest, pentametro omnino respuitur (dĕārum), nam elisio syllabae -um a poetis vitatur. Idem dicendum est de nominibus, quae ante ultimam syllabam duas breves habent; accedit, ut horum etiam nominativus singularis commodus non sit (dŏmĭnă). Quid, quod in iis nominibus, quae ante ultimam syllabam trochaeum exhibent velut fīlĭa, ex duodecim casibus decem amittit poeta dactylicus. Nam cum in talibus formis quales sunt fīlĭae fīlĭam poetae dactylici aetatis Augusteae elisionem non admittant[2]), restant quibus uti possit poeta soli nominativus et vocativus singularis. Vocis qualis est cŏlūmba casus obliqui cŏlūmbae etc. non nisi hexametro, iisque tantum quae dixi locis, inseri possunt.

II. declinatio. Maiores paene sunt difficultates, quae poetae dactylico in secunda declinatione occurrunt. Nam quamquam de masculinis huius declinationis eadem fere dicenda sunt, quae de prima declinatione diximus, tamen neutra secundae declinationis etiam minus commoda sunt quam primae nomina. Ea enim neutra, quae ante extremam syllabam duas breves habent velut vĭtĭum, amittunt nominativum accusativum vocativum pluralis (vĭtĭă); quae ante terminationem trochaeum exhibent (pōcŭlum), eorum ne nominativus quidem singularis versui aptus est, cum elisio non sit permissa, consonanti autem sequente extrema syllaba positione longa fiat; nominativus tantum et accusativus pluralis ad metrum quadrant. Accedit, quod haec declinatio multo plura continet nomina quam prima.

III. declinatio. Permultis formis poeta etiam in tertia declinatione privatur.

-is (-is). Nominum in -is (gen. -is) cadentium omnes casus praebent poetae dactylico sola ea bisyllaba, quorum prior syllaba brevis est (lĕvis); ea nomina, quorum terminationem duae breves praecedunt (iŭvĕnis făcĭlis), deficiunt poetam in ablativo -e et in genetivo -ium, voces qualis est pīscis in gen. plur. -ium. Quae trochaeum ante ultimam exhibent velut ūtĭlis, amittunt formas ūtĭlī ūtĭlem ūtĭlēs, i. e. e duodecim formis sex.

---

1) Cf. Koene p. 38 sqq.

2) Cf. L. Mueller, De re metr.² p. 342. 347.

-e. Neutra in -e formata ut mărĕ non sunt commoda in nominativo accusativo vocativo plur. mărĭă; voces eiusdem prosodiae cuius est făcĭlĕ eas tantum formas, quae in -is et -ī exeunt, poetae offerunt.

-s. Vocabula, quorum nominativus sing. litterae -s ope formatur, apta sunt in omnibus casibus, si monosyllaba sunt brevi radicis vocali instructa (e. g. ops dux); nisi forte a consonantium coniunctione positionem faciente incipiunt velut stips[1]), cuius dativus -ī, nom. acc. voc. -ēs, gen. -um in metrum non conveniunt. Ea monosyllaba, quorum radix longam vocalem habet (arx faux), amittunt genetivum pl. in -ium exeuntem. Eorum nominum, quorum genetivus duas breves exhibet ante terminationem -is velut hĭĕmis călĭcis, poeta spoliatur formis, quae syllabis -e -ibus -ium terminantur. Ubi trochaeus genetivum in -is exeuntem antecedit (iūdĭcis), praeter nom. sing. quinque tantum casus apti sunt (iūdĭcĭs iūdĭcĕ iūdĭcĭbus).

-r. Nomina, quorum stirps in -r finitur, multas formas praebent, quae metro respuuntur. Voces, qualis est pāsser, non nisi sex casus poetae offerunt (passer -is -e -ibus), at dēbĭtor[2]) fīrmĭor hanc solam formam. Eorum nominum, qualia sunt gĕnus vĕtus, nulli usui sunt casus in -e -a -ibus exeuntes, cum mŭlĭer făcĭnus non nisi hanc ipsam formam, qua ūti possit poeta, praebeant.

-n. Permagnus cum sit numerus nominum, quorum stirpes in -n exeunt, paucae formae in versum quadrant. In omnibus casibus solum tales voces commodae sunt, quales praēdo et rĕgĭo; hŏmo deperdit e formis suis ablativum hŏmĭnĕ et dat. abl. hŏmĭnĭbus. Vocis vīrgo et similium sex casus in versu locum non habent: vīrgĭnī vīrgĭnem vīrgĭnēs vīrgĭnum, neutrorum, quale est flūmen, casus in -i et -um terminati. Maximum est detrimentum in iis verbis frequentissimis, quae eandem structuram habent atque āctĭo[3]), quorum soli nom. et voc. sing. correpta

---

1) Notandum tamen est interdum talem positionem a poetis esse neglectam, cf. p. 324. L. Mueller, De re metr.² p. 386 sqq.

2) cf. Henric. Ploen, De copiae verborum differentiis inter varia poesis Romanae antiquioris genera intercedentibus, Argentorati 1882 (= diss. Arg. vol. VII p. 233 sqq.), p. 20 sqq. 38.

3) Cf. Aemil. Stephani, De Martiale verborum novatore, Vratislaviae 1889 (= diss. phil. Vratisl. vol. IV), p. 38—40. Ploen l. c.

vocali o inseri possunt; ne dicam de multis illis nominibus, quorum stirps ipsa creticum in se continet velut mūltĭtūdo[1]) etc.

-t. Eorum nominum, quorum stirps littera t finitur, voci mīles similia poetae sex casus subtrahunt: mīlĭtī -em -ēs -um; quid, quod voces in -tāt exeuntes antecedente trochaeo velut aequĭtās[2]), quarum maximus est numerus, omnino a versu sunt exclusae.

IV. declinatio. In quarta declinatione utique apta sunt bisyllaba, quorum prior syllaba brevis est (mănus); verba, quale est cūrrus, perdunt dativum -ŭī et gen. -uum, hăbĭtus praeter has formas etiam dat. et abl. plur. -ĭbus; spīrĭtus et similia praeter nom. sing. formas -ui -uum -ibus poetae concedunt.

V. declinatio. Quinta declinatio metro dactylico satis est commoda; nam cum voces maximam partem prosodiam vocum dĭēs spĕcĭēs exhibeant, soli genetivi -ēī et -ērum et dat. -ēī non ubique inseri possunt.

Postquam de declinatione diximus, nonnulla addemus de coniugatione.[3])

I. coniugatio. Primae coniugationis apta sunt versui ea verba, quae ex una tantum syllaba constant velut do; minus commoda sunt, quae ante terminationem -o duas vel unam brevem habent syllabam ut ămo ăgĭto, quod formae ămābam ămāvī etc. non nisi in duobus pedibus hexametri poni possunt. Verba, quae ante -o unam vel plures longas syllabas habent velut fūndo ēxpūgno, valde sunt gravia ac lenta (cf. ēxpūgnāvīssēmus). Paucissimae autem formae immitti possunt eorum verborum, quae ante ultimam syllabam trochaeum habent velut saūcĭo; nam poeta horum verborum quinque tantum formis uti potest: saūcĭŏ (correpta ultima) saucĭăt saucĭēt saucĭŏr saucĭēr. Quid, quod deponentia eadem structura praedita qua grātŭlor non nisi duas praebent formas: gratulor et gratuler.

II. coniugatio. In secunda coniugatione plurimis poeta privatur formis; verba, quale est mŏnĕo, in formis perfecti coniunctivi, plusquamperfecti indicativi, futuri exacti[4]) (mŏnŭĕrim -am -o)

---

1) Ploen l. c.

2) Hultgren, Die Technik d. röm. Dichter l c. Stephani p. 41.

3) Koene p. 155 sqq.

4) Eaedem scilicet formae verborum, quorum perfectum in -vi formatur, ut in hac ita in omnibus coniugationibus a metro abhorrent: -āvĕrim ēvĕram -ōvĕrō -īvĕrint etc.

poetis dactylicis non praebent usum; etiam minus aptum est rĕmŏvĕo; debĕo amittit coniunctivum praesentis[1]) et plusquamperfecti et indicativum perfecti.[1]) Quid, quod eorum verborum, quae prosodiam verbi ādmŏnĕo habent, paucissimae formae versui sunt aptae (cf. ādmŏnēbam admŏnerem admŏnŭĕram admŏnŭĕrim admŏnŭĕro).

III. coniugatio. Tertia coniugatio, quamquam aptissimam se praestat omnium coniugationum, tamen non pauca exhibet verba, quorum multae formae metro repugnant, velut haec: exigo (ēxĭgam exĭgās etc. ēxĭgam ēxĭgēs etc. ēxĭgēbam etc., item in passivo, tum exegĕram exegĕrās etc.) et stătŭo, cuius verbi poeta easdem formas amittit, quae in verbo exigendi aptae sunt.

IV. coniugatio. Magna et multa sunt damna, quibus poeta in quarta coniugatione adhibenda afficitur. In flexione verbi audire exempli causa non nisi dimidium fere formarum est aptum; vel maior pars formarum in iis verbis, quae verbo ēxpĕdĭo similia sunt structura, metro repugnat; quae formae verbi expedio sunt aptae, eaedem in verbo sĕpĕlĭo plane inutiles sunt.

B. De remediis a poetis adhibitis.

I. Remedia e vocabulorum in versu functione petita.

Tres sunt artes, quibus poetae dactylici voces non aptas versui accommodant, cum aut in fine pentametri eas collocent vel positione ultimam producant aut cum vocalibus committentes ultimam elidant aut prosodiam eas mutare iubeant.

a. Collocatio vocabulorum.

1. In fine pentametri. Vocabula vocali finita in tribrachyn cadentia a Catullo, qui exempla poetarum qui epigrammata fecerant vetustiorum sequebatur, in fine pentametri ponuntur. Nam ut Valerius Aedituus[2]) (apud Gell. XIX 9. 12) pentametrum clauserat voce opprĭmĕrĕ, ita Catullus quoque:

ălĭă 68, 152; *amicĭtĭă* 100, 6; *ăvĭă* 84, 6; *dŏmĭnă* 68, 156; *flagĭtĭă* 67, 42; *supercĭlĭă* 67, 46; *căpitĕ* 88, 8; *gĕnĕrĕ* 68, 52; *lăpidĕ* 68, 58; *mărĭă* 115, 2; *corrĭpĕrĕ* 110, 6; *discŭpĕrĕ* 106, 2; *pārĕrĕ* 111, 4.

Posteriores poetae elegiaci talia non admiserunt[3]); Ovidius

1) Excepta scilicet tertia persona sing. ante vocalem posita.

2) Cf. Baehrens, Proleg. ad Cat. p. 5.

3) Semel tantum apud Tibullum in fine pentametri inveni *Vĕnĕrĕ* I 10, 66.

omnino veretur pentametrum brevi vocali finire (etiam in bisyllabis)[1], nisi quod semel apud eum legitur *perlegerĕ*[2]) Pont. II 2, 6.[3])

2. In positione. Etiam medio versui tales voces Catullus[4]) ita intexit, ut extrema syllaba ante vocabulum a duabus consonantibus incipiens posita producatur: *supposita speculae* 67, 32 (sic Vossius ex emendatione Turnebi; codd. *suppositum*).

Hac in positione rarissima et quae apud Ovidium nusquam occurrit, Catullus secutus est morem Enni[5]), quem postea Tibullus Lucanus Statius imitati sunt.[6])

Attamen etiam neglegit ad exemplum vetustiorum[7]) hanc positionem Catullus, ubi hoc ei magis conveniens visum est. Sic dicit *ūndă Scămandri* 64, 357 in fine hexametri, quamquam positio secundo dactyli loco neglecta durior est quam tertio[8]); sed hoc loco poeta aliquatenus ea re excusatur, quod Scamander vocabulum Graecum est[9]) et apud Homerum itidem adhibetur. Item Ovidius:

hebetārĕ smărăgdos[10]) am. II 6, 21.

3. De collocatione in universum agitur. Iamque occasionem datam puto aliquid in universum addendi de libera qualis

1) Cf. J. Hilberg, Die Ges. d. Wortst. im Pent. p. 378—388.

2) In carminibus vetustioribus tale quid ob eam ipsam rem frustra quaeres, quod ibi Ovidius pentametrum non nisi voce bisyllaba finire solet. Cf. Hultgren, Obss. metricae I Lps. 1871, p. 30.

3) Hic et in reliquis disputationis meae partibus, ubi necessarium mihi videbatur, praesertim ubi de comparatione Catulli Ovidique agitur, non solum ea, quae supra nominavi, carmina Ovidiana arcessivi, sed etiam ceterorum, ne falsa exsisteret opinio de usu Ovidiano, librorum Ovidi rationem habui; quod semel monuisse sat sit.

4) cf. Reeck, De Catullianorum carminum re grammatica et metrica Vratisl. 1872, p. 66.

5) A. 577 *popŭlĕă frus.* Cf. Luc. Mueller, Quintus Ennius. Eine Einleitung i. d. Studium d. röm. Poesie. Petersburg 1884, p. 237.

6) Cf. L. Müller, De re metr.[2] p. 390. Lorey, Die Schwierigkeiten der Anwendung des griech. Metrums auf die latein. Sprache. Hameln 1874, p. 15—22.

7) Lucil. 375 *accurrerĕ scribas.* Similiter Lucretius cf. L. Mueller r. m.[2] p. 386.

8) L. Mueller, De re metr. p. 386—389.

9) Reeck p. 66: 'ante nomen scilicet Graecum nisi praecedente vocali correpta metro dactylico plane ineptum.' Cf. L. Mueller, De re metr. p. 388.

10) Cf. Th. Birt, Ad historiam hexametri Latini symbola. Bonnae 1876, p. 56—57.

a poetis datylicis adhibeatur collocatione verborum. Qua de re uberius non disseram, cum quid metri necessitate, quid poetarum licentia effectum sit, saepe discerni non queat.[1]) Apud Homerum, lyricos, tragicos Graecos prima inveniuntur vestigia huius usus poetici, qui ab Alexandrinis excultus a Latinis[2]), Catullo[3]) et qui eum sequebantur, receptus est. Summa usus est audacia Ovidius[4]), qui haud raro nulla coactus causa metrica consecutionem verborum mutavit. Attamen interdum cum alias perspicuum est insolentem aliquam vocabulorum collocationem a metro poetae impositam esse, tum in ponendis praepositionibus, coniunctionibus, particulis metri dactylici ratio est habita.[5])

Praepositiones.[6]) In prosaico sermone semper sic coniungebatur: 'usque ad'[7]), id quod sequente consonanti spondeum efficeret ūsqu(e) ād; itaque poetae dactylici inde a Catullo inverso vocabulorum ordine 'ăd ūsquĕ' duas breves syllabas lucrantur.[8]) Sic Catullus:

in usque caput[9]) 116, 4; item in carmine lyrico: *hunc ad usque limpidum lacum* 4, 24; contra ante vocalem: *ūsqu(e) ăd Hўpĕrboreos* 115, 6. Tum Vergilius (e. g. Aen. XI 262) et reliqui poetae dactylici semper scribunt *adusque*; item Ovidius[10]): *corpus*

---

1) Henricus Boldt, De liberiore linguae Graecae et Latinae collocatione verborum Gotting. 1884, p. 6.

2) Quod ad Plautum attinet, cf. Leo, Bemerkungen über plautinische Wortstellung und Wortgruppen, Nachr. d. Gött. Ges. d. W. 1895, p. 415—433.

3) Cf. R. Fisch, De Catulli in vocabulis collocandis arte quaestiones selectae, Berol. 1874; praecipue p. 45—54.

4) Boldt p. 189—190. Cf. Leo Culex p. 44—45 et passim in commentario (vide ind. s. v. collocatio verborum).

5) Cf. Hultgren, Jb. f. Ph. 107, p. 756—757.

6) Graeber, De praepositionum Latinorum collocatione, Marpurgi 1891, p. 8. Cf. etiam Norden comm. Verg. p. 140. 221—222. 245.

7) Cf. Hand Tursell. I p. 189. Neue-Wagener, Formenlehre II p. 779—780. Thielmann, Usque ad, usque in, ALG VI p. 469—507; VII p. 103—113. Thes. s. v. ad.

8) Thielmann ALG VII p. 106: 'adusque ist . . . nichts weiter als eine von den Dichtern im Interesse des Metrums . . . vorgenommene Umstellung von usque ad'. Cf. Serv. ad Verg. Aen. VII 289. XI 262. Thielmann ALG VI p. 80—81.

9) Cf. Boldt p. 32. C. Hupe, De genere dicendi Catulli Veronensis, Monasterii 1871, p. 38—40. Apud Ovidium 'in usque' non occurrit.

10) Cf. Jacobi, De syntaxi in Ovidii tristibus et epistulis ex Ponto observata, Lyccae 1870, p. 21—22.

adusque meum am. I 5, 24, simili modo pro usque qua am. I 14, 4 a. a. III 310 *qua patet usque*; a. a. I 140 *qua potes usque*.

In universum autem Catullus parcus est in talibus transpositionibus, ut vix apud eum legas, quod aeque liberum sit atque hic versus 66, 18.

Non, ita me divi, vera gemunt, iuerint[1]);

cum apud Ovidium permulta eius generis occurrant exempla.

Sic a. a. III 668: *indicio prodor ab ipse meo.*[2])

Item Pont. I 2, 148: *iure venit cultos ad sibi quisque deos.*[3])

am. I 7, 26: *et valui poenam fortis in ipse meam,* ad quem versum Boldt p. 34 adnotat: 'haec praepositionis disiunctio ... versus structurae erat commoda.'[4])

am. I 11, 2 *ancillas inter habenda* pro 'īntĕr āncillas.'

Pont. I 2, 80 *terga per amnis*: et saepe ita praepositiones transponuntur.[5])

Coniunctiones. Etiam coniunctiones[6]) loco suo moventur. Coniunctio que[7]) a voce, ad quam pertinet vel quacum in prosa oratione coniungi solet, divellitur ad dactylum creandum.

Pont. I 8, 33 *aque domo* pro a domoque: I 9, 48 *aque tuis* pro a tŭisque; nam praepositio cum nomine unam fere vocem facit, quam ob rem Caesar semper scribit *a — que*[8]); sed illa

---

1) Cf. Callim. (ed. Schneider) fr. 445 οὐθ' ὄθεν, οἶδεν, ὁδεύει, θνητὸς ἀνήρ. Imitatione igitur Alexandrinorum haec Catulli audacia explicatur. Cf. etiam Schneider ed. Callim. I p. 429.

2) Cf. Kuehner, Ausführl. Grammatik d. lat. Spr. II p. 427, qui idem exemplum affert.

3) Cf. Boldt p. 42.

4) Cf. Kuehner l. c.

5) Cf. a. a. I 544 *vix sedet et pressas continet ante iubas* pro 'āntĕ prēssas', quae praepositionis vel potius adverbi *ante* transpositio viris doctis tam inaudita est visa, ut *arte* pro *ante* conicerent. Cf. Boldt p. 57.

6) Hand Turs. I p. 512, II p. 538. Haupt, Opusc. I p. 105—140. Norden comm. Verg. p. 393—395. Brenous, Etudes sur les hellénismes dans la syntaxe Latine, Paris 1895, p. 432—433. Jacobi, De syntaxi in Ovidii tr. et ep. ex P. observ. p. 22—24.

7) Draeger, Historische Syntax der lat. Spr.² II p. 34—36. Leo, Bemerkungen über plautin. Wortstellung u. Wortgruppen, Nachr. d. G. G. d. W. 1895, p. 420 n. 2. Norden comm. Verg. p. 223. 233. 321. Eduard Wölfflin, Sueton und das Mon. Ancyr., ALG XIII 193—199. K. Mayhoff, Que an Praepositionen angehängt, ALG XIII p. 435—436. Hupe, De genere dicendi Cat. p. 41—42.

8) D. Ringe, Zum Sprachgebrauch des Caesar I, Göttingen 1880, p. 20.

collocatio 'aque' a Vergilio primo adhibita excusatur lege linguarum indogermanicarum communi, quae voces encliticas, quantum id fieri possit, in enuntiati initio poni iubet.[1])

Similiter Pont. I 8, 7 *dēquĕ*[2]) *tŏt ĕxpulsis*; Pont. I 6, 49 *īnquĕ*[3]) *Tŏmitana . . . harena* pro in Tŏmitana. a. a. II 154 'invĭcem' per tmesin dirimitur metro iubente *īnquĕ vĭcem.*

Adverbium quāmlibēt ante consonantem inserta coniunctione que distrahitur. Pont. I 2, 84 *quāmquĕlĭbēt.*

Praecipue coniunctio que ante voces iambicas ponitur ad commodam pentametri clausulam efficiendam:

a. a. III 675—676: *suspiret ab imo Femina, tam sero cur veniatque roget.*[4])

am. III 13, 30 *ipsa sacerdotes consequiturque suas.*

Quae insolens coniunctionis que collocatio iam ab Horatio[5]) adhibita in finem pentametri translata est cum a Tibullo tum ab Ovidio, cum Propertius et Lygdamus eam non noverint; neque apud Catullum mihi ullum exemplum occurrit.

Coniunctio sed ab initio enuntiati in medium transfertur am. I 5, 14 *pugnabat tunica sed tamen illa tegi,* cum aliter versus non staret.[6])

Interiectiones. Interiectio o a vocativo seiungitur.

a. a. I 617 *quo magis, o, faciles imitantibus este, puellae* pro ō pŭēllae.

Etiam in aliis vocibus, e. g. in substantivis eorumque attributis collocandis, Ovidius summa utitur licentia[7]); cuius rei cum causae non semper sint metricae, sed etiam rhetoricae vel aliae[8]), mentionem fecisse satis habeo; quodsi audaciam poetae cognoscere volueris, inspicias hos locos am. I 7, 15—16[9]) et a. a. I 399—400.[10])

1) J. Wackernagel, Über ein Gesetz der idg. Wortstellung. Idg. Forschungen I, p. 406 sqq. Cf. Leo, Nachr. d. G. G. d. W. 1895, p. 419—420. Cf. Luciliana *eque labores, deque dicata.*

2) Sic etiam Cic., quin etiam saepius quam *de — que.* Ringe p. 20.

3) Sic etiam Cic. Ringe p. 20.

4) Cf. Boldt p. 62. Jacobi, De syntaxi p. 22.

5) Leo, Philol. Untersuchungen II p. 26—27.

6) Boldt p. 64. Cf. Norden comm. Verg. p. 129.

7) Cf. Hilbergi liber p. 317 n. 2 citatus. Boldt p. 88. 94—96.

8) Cf. Leo, Nachr. d. G. G. d. W. 1895, p. 431 n. 2. 432—433. R. Fisch, De C. in voc. coll. arte p. 8—9.

9) Boldt p. 151. 10) Boldt p. 156.

b. Elisiones.

Altera ratio, qua poetae dactylici eas voces in tribrachyn exeuntes, de quibus supra dixi (p. 323), versui inserunt, est cum extremam syllabam vel elidunt vel in synecphonesi ponunt (i. e. cum formis es est coniungunt).

Catullus[1]): *ălĭ(ă)* 68, 152; *unĭgĕn(ă) impellens* 66, 53; *laetĭtĭă est* 83, 2; *multivolă est* 68, 128; *rosĕ(a) ista* 80, 1; *studi(ă) atque* 68, 26; *lapid(ĕ) illa* 68, 148; *ŏlĕr(ă) olla* 94, 2; *diffĭcĭlĕ est* 76, 13. 14; *pollĭcĭtă es* 66, 34; *pollĭcĭtă est* 66, 10; *sŏlĭtă est* 68, 154; *accĭdĕr(ĕ) a* 96, 2; *aspĭcĭt(ĕ) et* 76, 19; *erĭpĕr(ĕ) ei* 82, 3; *erĭpĭt(ĕ) hanc* 76, 20; *făcĕr(ĕ) aut* 68, 38; *făcĕr(ĕ) haec* 76, 8; *făcĕr(ĕ) ingenuae* 110, 5; *făcĕr(ĕ) instituunt* 110, 2; *făcĕr(ĕ) ut* 67, 16; *făcĭt(ĕ) haec* 68, 46; *făcĭt(ĕ) ut* 109, 3.

Ovidius: *tĭmĭd(ă) indulgentia* a. a. II 435; *amicĭtĭă est* a. a. I 740; *barbărĭă est* am. III 8, 4; *dŭbĭă est* P. I 3, 33; *exĭgŭă est* a. a. II 603, *Haemŏnĭă est* P. I 4, 31; *matĕrĭă est* am. I 1, 19; *milĭtĭă est* a. a. II 674; *nĭmĭă est* a. a. I 707; *pătrĭă est* II 51; *ălĭ(ă) omnia* II 53; *mĕdĭ(a) inter* I 291; *pomĭfĕr(ă) arva* am. III 6, 46; *vĭtĭ(ă) exprobrare* a. a. II 641; *vĭtĭ(ă) irritare* am. III 4, 11; *grăcĭl(ĕ) hoc* P. I 4, 52; *lătĕr(ĕ) ex* am. III 1, 4; *nĕmŏr(ĕ) atque* a. a. II 623; *scĕlĕr(ĕ) Oeclides* a. a. III 13; *credĭbĭlĕ est* am. I 11, 11. P. I 4, 48; *făcĭlĕ est* a. a. II 438. III 673; *frăgĭlĕ est* II 113; *vĕrĭt(ă) a* am. III 1, 54; *cădĕr(ĕ) ante* a. a. I 319; *collĭgĕr(ĕ) incertos* am. I 11, 1; *desĭnĕr(ĕ) esse* am. II 19, 48; *effĭcĭt(ĕ) et* a. a. III 673; *effŭgĕr(ĕ) hunc* II 531; *effŭgĭt(ĕ) et* II 174; *excĭpĭt(ĕ) arcana* II 596; *excŭtĕr(ĕ) irato* am. II 5, 52; *exĭgĕr(ĕ) a* am. III 7, 25; *făcĕr(ĕ) hoc* P. I 4, 7; *făcĕr(ĕ) ipse* P. I 2, 95; *insĕquĕr(ĕ) et* a. a. I 486; *inspĭcĭt(ĕ) et* III 530; *pĕtĭt(ĕ) hinc* III 57; *răpĕr(ĕ) e* III 464; *rĕcĭp(ĕ) ut* am. I 8, 75; *săpĕr(ĕ) ut* a. a. I 423; *ălĭqu(ă) ex* I 219; *ălĭquă est* am. II 4, 11; *făcĭl(ĕ) haeremus* a. a. III 543.

Etiam media in voce eliditur, cum forma semĭădaperta[2]) non nisi per elisionem *sem(i)adaperta* metro accommodari possit Ov. am. I 6, 4; (cf. Cat. 61, 216 *sem(i)hiante* in carmine lyrico).

Creticorum elisio. Sed quamvis hactenus Catullus et Ovidius consentiant, tamen ille in adhibenda elisione neglegentior est dicendus, cum etiam creticorum elisionem, quam ne Ennius[3]) quidem neque Catullus ipse in hexametris continuis admisit quae-

1) Materiam per singulas declinationes et coniugationes dispositam praebemus; in fine adiecimus reliquas voces praeter nomina et verba, illos Aristotelis συνδέσμους, i. e. pronomina, numeralia, adverbia, praepositiones, coniunctiones, interiectiones.

2) Cf. Skutsch, Γέρας, Festschrift für Fick, Göttingen 1903, p. 143 n. Luc. Mueller r. m. p. 303—304.

3) Lachmann comm. Lucr. p. 159. L. Mueller r. m.² p. 342.

que praeter Lucilium et Hor. sat. apud poetas Latinos non occurrit, in elegiis sibi permiserit[1]):

pērdĭt(ō)[2]) *ămore* 91, 2; *plōxĕn(i)*[2]) *hăbet* 97, 6; *pērdĭt(ē)*[3]) *ămarem* 104, 3.

Dactylicorum elisio. Item dactylica, quale est 'arduum', quae inde a Tibullo poetae 'vel durioribus usi modulis'[4]) cum vocalibus timebant committere, Catullus elisit:

cōgnĭt(um) hăbere 67, 31; *gaūdĭ(um) ĭn* 91, 9; *maxĭm(um) ĭn* 66, 43; *naūfrăg(um) ŭt* 68, 3; *rēgĭ(um) ădepta* 66, 27, quae elisiones omnes in primo vel quinto pede hexametri inveniuntur; bis in quarto pentametri: *Pērsĭc(um) hăruspicium* 90, 2; *ōmnĭ(um) ăcerba* 68, 90; semel in primo pentametri: *sūblĕv(em) ĕt* 68, 4.

In hexametris continuis ter[5]) elisionem dactylicorum in m desinentium admisit Catullus; Ovidius in omnibus carminibus ea non saepius usus est quam bis:

vīrgĭn(em) ĕt met. VI 524; *flūmĭn(um) ămores* am. III 6, 101 in quinto pede. Omnino in hac sexta terti libri elegia Ovidius artis neglegentior fuit, ut censet Paulus Maas, Studien zum poet. Plural bei den Römern, ALG XII p. 508.

De hiatu.[6]) Contra sprevit elisionem Catullus in formula consuetudinis cotidianae *ita me dī ăment* 97, 1 iam a Plauto hac mensura adhibita, quam elisione admissa[7]) 'ita mē d(i) ămēnt' in versum redigere non potuit, nisi forte eam discerpebat.[8])

Ovidius in poematis iuvenilibus adhibuit hiatum[9]) am. II 13, 21 *fave | Ilithyia* morem secutus Graecorum (cf. Verg. ecl. III 79 *vale vale | inquit Iolla*) quamquam metro non cogente.

---

1) Cf. Reeck, De C. carm. re gr. et metr. p. 69.

2) In quarto pede pentametri.

3) In quinto pede hexametri.

4) L. Mueller r. m. p. 347. 5) L. Mueller r. m. p. 347.

6) Cf. C. P. Schulze, Beiträge zur Erklärung der röm. Elegiker I, Berlin 1893, p. 15—16. 17—18.

7) Et adhibuit Catullus talem elisionem longae monosyllabi vocalis ante brevem positae in dactylis 'aliquanto saepius' quam in lyricis carminibus. Reeck p. 68. 73.

8) L. Mueller p. 372. Corssen, Aussprache, Vokalismus und Betonung² II p. 783—784. Skutsch, Zur lat. Wortgeschichte und plautin. Versmessung, Philol. 59 p. 484 n. 4ª. 481—501.

9) L. Mueller p. 372—373: 'iuvenili carmine cum admisisset tale, postea omnino vitavit similia.'

c. Prosodiae mutatio.

Raro fit, ut vocabulorum prosodia metri gratia immutetur, i. e. aut syllaba brevis producatur aut longa corripiatur. Metri gratia dico; itaque hic eas tantum mutationes afferam, quae re metrica poetarumque licentia nituntur: contra eas, quae secundum sonorum leges fiunt (iamborum correptionem etc.), proxima disputationis parte tractabo.

1. Brevis producitur. Brevis syllaba producitur in nominibus propriis ad exemplum Graecorum[1]):

Ovidius: *Phillȳrĭdēs* pro Phĭlȳrĭdes[2]), cum matris nomen Phĭlȳra sit (cf. met. II 676 *Phĭlȳrēius*) a. a. I 11; *Phȳlăcĭdēs*[3]) pro Phȳlăcĭdes a. a. II 356, *-ae* am. II 6, 41, *-en* a. a. III 17; *Prīămĭdēs*[4]) pro Prĭămĭdes a. a. III 759 (cf. *Prĭămī* a. a. III 440).

Item in appellativis:

rēllĭgĭō sive *rēlĭgĭō* Catullus 90, 4; *rēllĭgĭōne* Ovidius met. X 693 fast. III 264; quae productio non nisi apud poetas dactylicos inde a Lucretio invenitur, cum forma rĕligio a Plauto e. g. adhibita metro dactylico repugnet.[5])

2. Longa corripitur. E contrario nonnumquam syllaba natura longa metri causa corripitur.

Pro forma Cȳthērēā a nomine insulae Cythērorum (cf. am. II 17, 4 fast. IV 286) derivata, quam metrum dactylicum respuit, iam Graeci finxerunt formam Cȳtherea (Κυθέρεια). Hanc Latinorum primus recepit Verg. Aen. I 257; apud Ovidium legitur *Cȳthĕrēă* am. I 3, 4, a. a. II 15, 607, III 43.[6])

3. Prosodia anceps. Nonnullarum vocum fluctuat prosodia, cum poetae eadem syllaba modo brevi modo longa utantur, prout metrum iubet.

---

1) Lachmann comm. Lucr. p. 35—38. L. Mueller r. m. p. 437. C. Hosius, De nominum propriorum apud poetas Latinos usu et prosodia, Jb. f. Ph. 151 (a. 1895), p. 93—111. Cf. Serv. ad Verg. Aen. I 343: *quotiens poeta aspera invenit nomina vel in metro non stantia, aut mutat ea aut de his aliquid mutilat.*

2) Sic iam Verg. Ge. III 550. Cf. Schulze, Quaestiones epicae p. 151.

3) Prop. I 19, 7. Cf. Schulze p. 152. Norden comm. Verg. p. 259.

4) Verg. Aen. III 295. Cf. Schulze p. 152.

5) Lachmann ad Lucr. p. 281. 305. Corssen II² p. 466—467. Kuehner I p. 629, 6. L. Mueller r. m. p. 449—450. Christ, Metrik der Griechen und Römer² p. 25. Reeck p. 63.

6) Hic locus deest in indice Riesei.

Prima syllaba vocis Asia iam apud Graecos est anceps, in nomine terrae brevis, in adiectivo Ἄσιος longa; item apud Latinos:

Catullus *Ăsĭāe* 46, 6; 68, 89; *Ăsĭam* 66, 36; contra *Āsĭă myrtus* 61, 22.

Ovidius *Ăsĭāe* am. II 12, 18; contra *Āsĭdĕ terra* met. IX 448.

Similis est ambiguitas secundae syllabae adiectivi Sidonius ab urbe Sidone (Ov. met. IV 571) derivati. Ut iam apud Graecos utraque forma Σιδώνιος et Σιδόνιος exstat, sic et Ovidius:

Sīdōnĭŭs met. III 129; *-ĭă* P. I 3, 77; *-ĭdă* met. II 840; *-ĭdĕ* met. X 267; contra: *Sīdŏnĭō* her. IX 101 trist. IV 2, 27: *-ā* Ib. 444; *-āe* met. IV 542; *-ās* trist. IV 3, 2; *-īs* fast. III 108; *Sīdŏnĭs* met. XIV 80. fast. III 649; *Sīdŏnĭ* a. a. III 252 fast. V 610. 617.

Anceps olim fuit etiam prima syllaba verbi profiteri, quae postea semper brevem se praebet; inveniuntur tamen vestigia productionis apud Enn. trag. 293. Plaut. Men. 643 *prōfiteri.* Poetae dactylici, quibus verbi prŏfĭtēri non nisi hae octo formae[1]) idoneae erant: prŏfĭtĕor, prōfĭtĕar etc., prōfēssus[2]), fortasse nonnihil contulerunt ad syllabam *pro* corripiendam[3]):

Ovidius *prŏfĭtētur* a. a. I 181; *prŏfĭtēmur* am. II 18. 19. a. a. II 639; *prŏfĭtēbar* am. I 7, 33; *prŏfĭtēnda* a. a. I 719.

Idem iudicat Koene[4]) de prima syllaba verbi proficiscor (Ov. am. II 15, 27 *prŏfĭcīscere*), quae in nativo prōficio longa est; sed proficiscor nusquam in tota lingua Latina primam productam habet; itaque etiam Catullus in carminibus lyricis semper prŏficiscor[5]): 45, 19 *prŏfecti*; 46, 10 *prŏfectos.*

Positio ante mutam cum liquida in eadem voce inde a Lucilio[6]) modo admittitur modo neglegitur, prout metri ratio fert.

Apud Catullum[7]) 66, 16 *lacrĭmŭlīs* legimus longa prima syllaba, quamquam Ter. Eun. 67 *lăcrimula* brevi vocali a ponit et lăcrima

1) Cf. Koene p. 169.

2) Quae forma re vera exstat apud poetam dactylicum Iuvenc. II 349 *prōfessī.*

3) Sed iam Plaut. Capt. 480 *prŏfitetur.* 4) p. 225.

5) Cf. Reeck p. 62.

6) Qui primus vocalem *e* in voce febris producit v. 923. Cf. L. Mueller r. m. p. 383—385. Norden comm. Verg. p. 317.

7) Reeck p. 66: 'qui (i. e. Catullus) quidem a tragicis comicisque poetis veteribus qui fere omnes indulgebant syllabis ante mutam cum liquida corripiendis non multum differt ibique tantum positione utitur ubi nec vulgari usu improbatur nec aliter metri rationibus satisfieri potest.'

nusquam fere[1]) a longam praebet. (Cf. Cat. 68, 2 *lăcrimis*; item semper Ov.)

Cum pentameter formam pŏdagrā[2]) respuat, Catullus scribit *pŏdagra* 71, 6; contra in nominativo *tarda podagra* 71, 2: item Ovidius P. I 3, 23 in hexametro *pŏdagram*. Similiter Ovidius in hexametro P. I 1, 3 *peregrinos*: contra in pentametro *peregrinīs* a. a. II 8.

II. Remedia e sonorum alternatione petita.

a. Correptio iambica.

1. Terminatio ŏ. O vocalis longa, qua nominativus tertiae declinationis et prima persona singularis omnium coniugationum terminatur, iam a Plauto secundum legem, quae est de formis iambicis[3]), corripitur; qua licentia poetae dactylici libenter fruebantur, praesertim in iis vocibus, quae ante terminationem -ō trochaeum exhibebant.

Catullus[4]), qui admodum cautus est hac in re, priscam productionem semper fere servavit non solum in formis anapaesticis velut:

dŏlĕō 78, 7; *dŭbĭtō* 108, 3; *stŭdĕō* 93, 1; *trĭbŭō* 68, 32; *vĭdĕō* 116, 5,

quae metro poscebantur, quod formas dŏleŏ etc. non admittebat, et in formis spondaicis, quas corripere Catullo nondum licuit[5]) velut:

Nāsō 112, 1. 2; *nēmō* 67, 17; 73, 5; 81, 1; *vīrgō* 66, 77; 67, 19; *ādiūrō* 66, 40; *cōncēdō* 114, 5; *crēdō* 84, 5; *pūrgō* 99, 5; *quaerō* 76, 23 (cf. etiam *ēstō* 103, 2; *īmmō* 77, 2; *quāndō* 84, 1),

sed etiam ubi per leges correptionis iambicae licuit corripere:

hŏmō 81, 2; *ămō* 85, 1; *nĕgō* 86, 3.

Interdum terminationem o in elisione ponit velut: *senti(o) et* 85, 2 vel in synecphonesi: *homo est* 67, 47; 78, 3. 5; 112, 1 vel in fine pentametri: *homo* 93, 2; *amo* 92, 4 ita, ut dubium sit[6]),

1) Praeter Horatium. Reeck p. 64.

2) Cf. Schulze, Beitr. z. Erklärung d. röm. Elegiker I, Berlin 1893, p. 19.

3) L. Mueller r. m. p. 23, 413—418. Buecheler-Windekilde, Grundriß p. 14. Corssen II p. 484—487. Lindsay-Nohl p. 246. Klotz, Grundzüge altröm. Metrik p. 61, 96. Skutsch, Vollmöllers Jahresber. I p. 34—37. Γέρας p. 143. Leo, Plautin. Forschungen p. 291—293 n. Norden comm. Verg. p. 326.

4) Cf. Reeck p. 59—60.

5) Nominativus -o appellativorum e. g. inde ab aetate Domitiani demum corripiebatur; de nominibus propriis et verbis vide p. 333.

6) Cf. Maas, ALG XII, p. 513 n. Norden comm. Verg. p. 448.

utrum illam syllabam pro longa habuerit an pro brevi; certo brevis est duobus tantum locis:

hŏmŏ 115, 8 et — metro iubente — *nēscĭŏ*[1]) 85, 2.

Posteriores vero poetae elegiaci, Propertius Ovidius[2]), eo processerunt licentiae, ut non solum ubi et metrum postulabat et leges correptionis permittebant, terminationem minuerent velut:

Scīpĭŏ a. a. III 410; *cōnfĕrŏ* P. I 1, 25; in uno eodemque versu am. III 11, 35: *ōdĕrŏ, si pŏtĕrō.* — *lĕŏ* a. a. I 762; *pĕtŏ* II 10; *pŭtŏ* am. I 12, 9; a. a. II 171; P. I 5, 25, saepe (plerumque sic: *āt pŭtŏ*); *vŏlŏ* am. II 5, 54,

sed etiam formas spondaicas corriperent[3]):

Nāsŏ am. I 11, 27. a. a. II 744. P. I 5, 2; *crēdŏ* P. I 7, 56; *tōllŏ* am. III 2, 26.

Plerumque tamen etiam Ovidius in his formis syllabam productam servavit:

nēmō P. I 3, 56. I 7, 40; *vīrgō* a. a. II 55; *ādfēctō* a. a. II 39; *āudēbō* P. I 2, 9; *crēdō*[4]) met. XV 359. fast. II 551. IV 793. trist. V 5, 39; *cūlpō* am. II 7, 8; *ēmēndō* P. I 5, 17; *īrrūmpō* P. I 7, 23; *iūrō* am. II 7, 27; *nārrābō* am. II 8, 28; *pērstō* P. I 5, 34; *quaerō* P. I 5, 30; *spērō* P. I 2, 63.

2. calēfacere et sim. Iamborum correptionem in vocibus verbi -facio ope formatis[5]) Catullus neque secus Ovidius modo admittit, modo non admittit, prout metrum postulat.

Catullus[6]): *lĭquefăciens* 90, 6; *tĕpēfăciet* 64, 360; contra *mădĕfīent*[7]) 64, 368; *tĕpĕfăctet*[8]) 68, 29.

Ovidius: *lĭquēfăcĭunt* met. VII 161; contra *lĭquĕfīunt* P. I 2, 55; *mădĕfāctă* a. a. III 765; *tĕpĕfecĕrat* her. I 19. Itaque Ovidio licuit in formis non aptis verbi călĕfăcĕrĕ priscam productionem secundae syllabae adhibere; tamen praetulit formam vulgarem[9]) quaeque etiam commodior erat, calfacere, quam ter apud eum legimus:

---

1) *nescĭŏquid* 80, 5; 2, 6; 6, 4; *nescĭŏquem* 53, 1 huc non pertinet cf. Hauler ad Ter. Phorm. p. 53 n. 1. 55 n. 3. Skutsch, Γέρας p. 136—137.

2) L. Mueller p. 415: 'In transformationum libris et continuis hexametris corripiendae o qualemcumque curate vitavit licentiam.'

3) Secuti scilicet sermonem cotidianum.

4) *Crēdŏ* in elisione am. III 7, 45; in sexto pede met. IX 611.

5) Koene p. 159. Cf. contra Ritschlium Opusc. II 618—621, Corssenium II p. 514, Schulzium Quaest. ep. p. 15 n.: Skutsch, Sat. Viadr. p. 133—134. Philol. 59, 503. Su alcune forme del verbo latino, Atti del congresso internazionale di scienze storiche, Roma 1903, vol. II, p. 192—201. In clausulis rhythmicis saepe vocalis ē producta invenitur. Cf. locos a Skutschio Philol. 59, 503 n. allatos.

6) Cf. Reeck p. 62. 7) Itali; codd. *madescent.*

8) Bergkius; codd. *tepefacit.*

9) Cf. Quintil. I 6, 21.

calfacit fast. IV 698; *calfacienda* a. a. II 214; *calfacti* Ib. 48; itemque *recalfăcĕ* a. a. II 445.

b. Vocalis ante vocalem corripitur.

1. Genetivus -ĭus.[1]) Cum genetivus āltĕrīus[2]) non nisi correpta tertia syllaba inseri possit, poetae dactylici inde a Catullo scribunt *alterius* Catullus 78, 2 (bis)[3]) Ovidius am. I 4, 5. II 7, 10. III 3, 16. a. a. I 750. III 116. 141. 455, saepe.

Item *ŭtrĭusque* pro utrīusque[4]) (Lucr.[5]) Cat. Hor. Ov. Mart.) Catullus 68, 39 Ovidius met. VI 506 fast. III 571.

Etiam reliquorum pronominum genetivi in -ius cadentes a poetis dactylicis corripiuntur etsi metrum non postulat: *īllĭŭs*[6]) ante vocalem (Lucil. 158) Catullus 66, 85 et semper[7]) praeter 67, 23 *illīus* ante consonantem, ubi illĭŭs dicere non poterat; item Ovidius ante vocalem *illĭŭs* am. I 4, 34. III 7, 41. III 13, 19. a. a. III 678; contra ante cons. *illīus* am. I 13, 42. a. a. I 287. 575. P. I 4, 25.

Item *ipsĭŭs* (Cat. primus[8]) Catullus 68, 146 et semper[9]); Ovidius P. I 1, 36.

unĭus (Lucil. 366[10]) Ovidius am. I 13, 20; contra ante cons. *unīus* a. a. I 688.

2. fĭeri. Verbi fieri[11]) primam syllabam longam esse dicunt grammatici, corripi autem eam sequente *r*. Apud veteres vero

1) Buecheler-Windekilde, Grundr. p. 77–78. Aug. Luchs, Zur Lehre von der Genetivbildung der lat. Pronomina, Studemunds Studien I p. 320—386. Hauler, Ter. Phorm. p. 61 n. 2. Leo, Plautin. Forschungen p. 289—297. Skutsch, Γέρας p. 124—127. Wotke, Wien. Stud. VIII p. 141—142. Reeck p. 55—56.

2) Cf. Ritschl, Opusc. II p. 662—708. Neue-Wagener II 538.

3) Deest apud Neuium II 538.

4) Cf. Ritschl, Opusc. II 676 n. 694. Neue II 541.

5) Lucretium primum nomino, cum Plaut. Truc. 794 *utrique* legendum esse Luchs p. 361. 372 demonstraverit, quamquam hic etiam de correptione ŭtrĭusque cogitari potest.

6) Cf. Ritschl, Opusc. II 679—689. Skutsch, Forschungen zur latein. Grammatik und Metrik I, Leipzig 1892, p. 101—102. Γέρας p. 124—127. Neue II 426. Cartault, La flexion dans Lucrèce, Paris 1898, p. 85—86. — Etiam Cicero in clausulis fluctuat. Th. Zielinski, Das Clauselgesetz, Philol. S.-B. IX (1904), p. 771—772.

7) Riese ad Cat. 3, 8.

8) Cf. Ritschl, Opusc. II 693. Neue II 408—409.

9) Riese ad Cat. 3, 8.

10) Qui locus deest apud Neuium II 518—519. Cf. Ritschl II 693.

11) Cf. L. Mueller r. m. p. 286. 288. 441. Corssen I p. 143. II 680. 739.

scaenicos quantitas vocalis *i* in formis fieri fieret etc. fluctuat; nam Plaut. Stich. 634 *fĭeri* corripit, cum Pseud. 786 *quamquam íllud aiunt mágno gemitu fíeri* et alias in fine versus[1]) priscam productionem servaverit.

Item Enn. a. 15 *fīĕrĕ*; contra 617 *fĭĕrī*.[2])

Itaque si postea vocalis *i* in his formis semper brevis est[3]), cum Koenio[4]) statuemus auctoritatem epicorum, qui infinitivo fīĕrī et toto coniunctivo fĭĕrem etc. — excepta forma fĭĕrĕt ante vocalem posita — uti non poterant, nonnihil ad stabiliendam correptionem contulisse.

Sic Catullus *fĭĕrī* 73, 2. 85, 2 et Ovidius am. I 9, 46; contra *fĭam* Catullus 66, 93; *fīas* 75, 3; *fĭant* 80, 2; *fĭet* Ovidius a. a. I 536.

c. Synizesis.

A correptione iambica distinguenda est synizesis Graecanica[5]) ʻCatulli tempore orta et semper modeste adhibita'[6]) quamque poetae dactylici Latini nulla alia de causa nisi metro coacti a Graecis receperunt.

Catullus[7]) ea usus est in carmine 64, cum formas creticas in sexto hexametri pede collocaret:

Erēcthĕi[8]) 229; *Pēlĕi* 382; *Pēlĕō*[9]) 336; semel in tertio pede *Thēsĕi* 120. Huc accedit — nisi forte *Idaeosne* legendum est — *Idómĕneīne*[10]) 178 in secundo pede.

Ludwig Lange, Über die Bildung des lat. Infinitivus Praesentis Passivi, Wien 1859, p. 19—21. 49.

1) A. Brock, Quaest. grammaticarum capita duo, Dorpati 1897, p. 157 n. 5. 159.

2) Ennius igitur aut correptione iambica uti aut vocalem ante vocalem corripere potest. Cf. Skutsch, Philol. 59, p. 485 n. 8. *Γέρας* p. 142. L. Mueller, Quintus Ennius p. 201.

3) Cicero tamen plerumque *fĭĕrī*. Zielinski, Philol. S.-B. IX p. 773—774. 4) p. 163.

5) Cf. L. Mueller r. m. p. 325—327. Corssen II 755. Skutsch, Sat. Viadr. 122. *Γέρας* p. 149. Hauler, Ter. Phorm. p. 56 n. 6.

6) L. Mueller r. m. l. l. Cf. C. F. W. Müller, Plautin. Prosodie p. 456 n.; sed iam Ennius *eōrundem* cf. Skutsch, Pauly-Wissowa V 2621—2622 s. v. Ennius. *Γέρας* p. 147—149.

7) Cf. Reeck p. 52. 8) Cf. Neue I 506. 9) Cf. Neue I 506—507.

10) Sic Buecheler; *Idoneosne* V. Cf. Lachmann comm. Lucr. p. 192. Reeck p. 16. K. P. Schulze, Beiträge zur Erklärung d. röm. Eleg. II, Berlin 1898, p. 12.

Similiter Ovidius: *Ātrēi* am. III 12, 39; *Ōrphēō* am. III 9, 21; *Thesēi* am. I 7, 15; *Theseo* a. a. III 457. Longius tamen processit Ovidius ea re, quod secutus exemplum Horati[1]) etiam in nominibus Latinis hanc synizesin usurpavit: *alveo* am. II 13, 9; *aurea* am. I 8, 59, semper in sexto pede, et sic Ovidius decies quater terminationem ĕō, sexies ĕī contrahit.

d. Diaeresis.

Contraria ratione per diaeresin poetae dactylici voces versui adaptant. Vox dīssolvō, quamquam per se est commoda, tamen soluta consonanti *v* multo fit aptior dissŏlŭō[2]), praesertim in altero hemistichio pentametri, quod meros dactylos exigit. Itaque Catullus et Lucretius primi per diaeresin duas breves syllabas sibi paraverunt, quos secuti sunt Tibullus et Ovidius.

Catullus: *dissolŭō* 66, 38; *evoluam* 66, 74; *pervoluent* 95, 6[3]), quae verba sic adhibita bonam clausulam pentametri efficiunt.

Ovidius semel her. XII 4 *ēvŏlŭīsse* in secundo pentametri hemistichio.

e. Syncopa.[4])

Formae contractae, quae in sermone cotidiano[5]) in usu erant, a poetis dactylicis libenter recipiebantur, ubi formae plenae a metro abhorrebant.

1) Cf. Norden comm. Verg. p. 212.

2) Cf. Ritschl, Opusc. II 599. Corssen II 746. 752. Lachmann comm. Lucr. p. 151. L. Mueller r. m. p. 309. Solmsen, Studien zur lat. Lautgeschichte, Straßburg 1894, p. 2. 170. Cartault, La flexion dans Lucrèce p. 91—92.

3) Item in carminibus lyricis: *soluit* 2, 13; *soluunt* 61, 53. Cf. Fr. Heußner, Observationes grammaticae in Catullum, Marpurg. 1869, p. 19—20. Hupe, De genere dicendi C. p. 23. Reeck p. 53.

4) Cf. Kuehner, Ausführl. Gramm. I p. 81. Lindsay-Nohl, Die lat. Sprache p. 200. L. Mueller r. m. p. 456. Corssen II 523 sqq. Osthoff, Forschungen im Gebiete der idg. nominalen Stammbildung, Jena 1875, I § 5. Norden comm. Verg. p. 449—450. — Cf. Corssen II p. 524—525: 'Die Prosa der älteren und der klassischen Zeit hat die [nichtsynkopierten] Formen vorgezogen'; sed etiam Cic. in clausulis *saecla*. Cf. J. Wolff, De clausulis Ciceronianis, Jb. f. Ph. S.-B. 26, p. 665. Zielinski, Philol. S.-B. IX, p. 768—769.

5) Cf. Schuchardt, Der Vocalismus des Vulgärlateins II, p. 394—441. W. Meyer, Die Schicksale des idg. Neutrums p. 127.

Sic Catullus[1]): *saeclorum* pro saēcŭlorum 64, 22; *saeclis* (Caecil. Lucr. Verg.) pro saecŭlīs 68, 43; contra, ubi tali contractione non opus erat: *saecŭlă* 95, 6; sed etiam *saecla* 78, 9 et *vincla* 64, 367 nulla cogente causa.

Item Ovidius: *pericli*[2]) (comici, Lucr.) pro perīcŭli am. II 13, 3. a. a. II 247; *saeclis* am. II 6, 36; *vinclis* (Plaut.) pro vīncŭlīs a. a. III 272; contra *perīcŭlă* P. I 2, 13; *vīncŭlă* a. a. II 46. 291. 586. P. I 2, 20; sed etiam *vincla* a. a. II 85. P. I 2, 46, cum metro syncopa non postuletur.

Vocis bălĭnĕum[3]) altera forma exstat balneum, cuius pluralem ut solum hexametro aptum[4]) adhibet Ovidius: *bālnĕă* a. a. III 640. Plautus semper dicit *balineae*; item Ter. Phorm. 339 *balineis*. Cf. Catullus 33, 1 *balneariorum*.

Adiectivi dexter cum duae formae sint in usu, *dextera* (haec 'vulgi usu praelata'[5]) et *dextra*, poetae dactylico in casibus obliquis sola forma breviore *dextra* uti licet. Ita Catullus: *dextra* 68, 143; *dextram* 64, 230; contra in nominativo *dextĕră* 64, 312. Item Ovidius: *dextrā* pro dextĕrā a. a. I 694. III 319. P. I 3, 57; contra in nominativo *dextĕră* a. a. II 145, sed etiam *dextră* a. a. II 78. 81.

Verbum cōmprĕhēndere[6]) non nisi forma contracta in versum quadrat:

Catullus *comprendis* 62, 35[7]); Ovidius: *comprendere* a. a. II 447. III 151. Item *deprendere* pro dēprĕhēndere Ov. a. a. I 619. II 557.

---

1) Cf. Heußner, Obss. gr. p. 27. Reeck p. 47—48. Anaptyxin a syncopa non separavi, cum ad nostram quaestionem nihil referat.

2) Karl Wotke, Über alte Formen bei Vergil, Wien. Stud. VIII (1886), p. 137—138. Norden comm. Verg. p. 147.

3) Corssen II 256. 347 n. Ritschl, Opusc. IV p. 175—176. F. Ritter Bemerkungen zu Tacitus, Philol. XX (1863), p. 662—668. O. Keller, Jb. f. Ph. 107, p. 804—807. Vide etiam infra p. 344.

4) O. Keller l. c. p. 805: 'Ein zweiter Umstand, der außer der leichteren Aussprache den Untergang des *i* befördert hat, war das Bedürfnis der dactylischen Dichter.'

5) L. Mueller p. 482. Cf. Corssen II 536; Ritschl, Opusc. II 523. 673 n. IV 174. C. F. W. Müller, Nachträge z. plautin. Prosodie, Berlin 1871, p. 1. O. Brugman, Die beiden neuen Ausgaben der Andria, Jb. f Ph. 113 (1876), p. 421. Engelbrecht, Studia Terentiana p. 25—26. Wotke, Wiener Stud. VIII, p. 139.

6) Koene p. 235. Corssen II 714. Wotke p. 146.

7) Formas contractas Cat. etiam in carminibus lyricis praefert. Cf. Heußner p. 26. Reeck p. 50.

III 717; *deprendat* III 209; *deprensus* am. I 9, 39. II 10, 3. III 7, 71; *-ā* am. III 14, 43. a. a. II 313. 593; *-ā* a. a. II 377; *-ōs* am. I 7, 8. contra *prehendit* met. VII 89; sed etiam simplex[1]) contrahitur versu non iubente: *prensus* a. a. III 359; *-is* II 559.

Syncopa spreta. Inversa est ratio, qua poetae dactylici in tractanda voce *nauta* utuntur, cuius forma originaria *navita* praeter Plaut. Men. 226 non fere nisi apud dactylicos[2]) inde ab aetate Lucreti invenitur. Alias enim in nauta contrahi solet, sed poetae dactylici[3]), quamquam forma nauta hexametro commoda est, nominativi antiquam formam dissoluta priore syllaba praeferunt, quae sola eis dactylum praebeat.

Catullus: *nāvĭtă* 64, 174; contra *nautis* 68, 63.

Ovidius: *navita* am. I 13, 16. II 11, 25. a. a. III 259; contra *nautā* a. a. I 723.

f. Detractio.[4])

In secunda persona singularis *dabis* Catullus *s* finale abicit[5]) 116, 8 *dabi(s) supplicium* ad exemplum Enni, Lucili, Aeditui, Catuli, Cic. Arat., Lucreti, Varronis, qui sic multas formas (e. g. nuntius ante cons.) versui hexametro adaptabant. Apud poetas aetatis Augusteae nihil tale inveniri tam notum est quam Catulli hoc esse unicum exemplum. Unde fuere qui colligerent hoc carmen 116 esse e primis Catulli.

III. Remedia e formarum alternatione petita.

a. Flexio Latina.

1. Declinationes.

I. Declinatio. In prima declinatione poetae dactylici[6]) inde ab Ennio, quique eos secuti sunt recentiorum prosaicorum, graves

1) Plaut. *prendo* et *prehendo*; Cic. in clausulis plerumque *prendo*. J. Wolff, Jb. f. Ph., S.-B. 26, p. 664. Cf. Lindsay-Nohl p. 67.

2) Cf. Georges, Lexikon der lat. Wortformen s. v. nauta. Reeck p. 50.

3) Rassow, De Plauti substantivis, Jb. f. Ph., S.-B. XII, p. 636.

4) Cf. Lachmann comm. Lucr. p. 28—29. Corssen II 653. Buecheler-Windekilde p. 23. L. Mueller r. m. p. 427—429. Quintus Ennius p. 238. Maurenbrecher, Hiat. u. Verschleifung p. 88—106. Baehrens, Proleg. ad Cat. p. 5, 16. Heußner p. 28. Skutsch, Pauly-Wissowa V, p. 2620—2621 s. v. Ennius. 5) Cf. Reeck p. 45.

6) Cf. Neue-Wagener I³ p. 31—32. Corssen I² p. 589. Buecheler-Winde-

ac molestas formas genetivi plur. -ārum in -um contrahere ausi sunt. Itaque Corssen I p. 589 de hoc genetivo dicit: 'Jene Genetivformen waren also Bildungen, welche sich die daktylischen Dichter für den Gebrauch ihres Versmaßes erlaubten nach Analogie der Genetivformen auf *-um* der auf *o* auslautenden Stämme, nicht Formen der volkstümlichen Sprache oder der schriftmäßigen Prosa.'

Sic apud Catullum legimus *caelicolūm*[1]) pro caelĭcŏlārum 68, 138; *Troiugenum* 64, 355.[2])

Ovidius[3]): *Pthiotum* pro Pthīōtārūm am. III 6, 32.

II. Declinatio. gen. -um. Eadem de causa in secunda declinatione genetivus in -um formatus[4]) a poetis dactylicis quamquam non est inventus tamen libenter e lingua prisca receptus.[5])

deum[6]) pro dĕōrūm Catull. 64, 23. 66, 63; Ov. am. I 13, 43. a. a. III 405. P. I 1, 39. — *divum*[7]) pro *dīvōrūm* Cat. 64, 27, 134, 298, 387; 66, 69; 76, 4. Ov. am. III 9, 17. — *virum*[8]) pro vĭrōrūm Cat. 64, 192 et in pentametro, qui formam vĭrōrum respuit, 68, 90. Ovidius in hexametro her. I 55.

gen. -ii. Genetivus sing. nominum in -ius vel -ium exeuntium[9]) ab antiquissimis temporibus usque ad aetatem Catulli semper in -i formatur.

---

kilde p. 87. Häfner, Die Eigennamen b. d. lat. Hex. p. 5. Heußner, Obss. gr. p. 10. Norden comm. Verg. p. 218.

1) Item Enn. a. 491 *caelicolum*. Cf. Wotke, Wien. Stud. VIII p. 135.

2) Cf. Hupe p. 13—14. 3) Cf. Neue I 34.

4) Cf. Buecheler, Grundr.² p. 84—86. Lindsay-Nohl p. 461—462. Neue I 166—186. Heußner p. 10—11. Hupe p. 14—15. Cartault p. 18—19. Norden Verg. p. 217—218. 5) Corssen I 588.

6) Cf. Neue I 172. Wotke, Wien. Stud. VIII p. 133. 135—136.

7) Non nisi apud poetas: Plaut. Enn. Ter. Lucr. cet. Cf. Neue I 175.

8) Poetae: Plaut. Enn. Pacuv. Lucr. Verg. cet. Neue I 176. Cf. Wotke p. 136; in compositis tamen etiam in prosa oratione velut: *triumvirum* cf. Wölfflin, Die Dissimilation der littera canina, ALG IV p. 2—4.

9) Cf. Bentley ad. Ter. Andr. II 1, 20. Lachmann ad Lucr. p. 325—329. Corssen II 696—706. Buecheler-Windekilde p. 71—74. Lindsay-Nohl p. 439—440. Maas, ALG XII, p. 509—514. Neue I 134—154. Norden Verg. p. 285—286. Wotke, Wien. Stud. VIII, p. 134. — Koene, Über die Genetivform i statt ii bei den latein. Wörtern auf ius und ium, Mus. d. rhein.-westf. Schulmännervereins I 2 p. 57—77. Petermann, De genetivi substantivorum in ius et ium exeuntium forma, Groß-Glogau 1863. Th. Mommsen, Die Orthographie der sog. tabulae honestae missionis, Herm. I p. 461—464. Ritschl, Die tesserae gladiatoriae der Römer, Opusc. II p. 623—625. Reisig-Haase, Vorlesungen p. 74 n. 54. Leo, Plaut. Forschg. p. 311—312. Brugmann, Grundr. II p. 585—586. Brambach, Neugestaltung d. latein. Orthogr.,

Sic **Catullus**[1]): *Alli* 68, 50; *Corneli* 67, 35; *Gelli* 90, 1; *Volusi* 95, 7; neque ei per metrum aliter licuit. Ac ne ibi quidem, ubi metro genetivus in -ii finitus postularetur, eum admittit, sed evitat constructione mutata vel periphrasi adhibita. Ita scribit 67, 35 *de Postumio*[2]) *et Corneli narrat amore*, cum genetivum Postŭmi 'salva prosodia in metrum redigere'[3]) non potuerit neque genetivo Pōstúmii uti voluerit. Item 97, 2 *os olfacerem Aemilio* vitaturus genetivum Aemílii, cum forma Aemili apta non sit. Haud secus in appellativo '*fecundum semen adulterio*' 113, 4 pro adultérī vel adulterii.[4]) Attamen iam apud Catullum ipsum — sed in carmine lyrico — exstat primum exemplum genetivi in -ii cadentis: 9, 5 *nuntii* in versu phalaecio, quippe qui formis creticis faveat. Lucretius bis genetivum -ii exhibet: *patrii* et *medii*[5]); etiam Cic. in clausulis fluctuat[6]), vel in nominibus propriis genetivum in -ii admittens e. g. Milon. 34 *Clodii mōrs Milonis*, contra appellativa substantiva semper in simplicem vocalem -i flectens. E contrario poetae aetatis Augusteae, Prop. et Ov. imprimis, semper fere genetivum appellativorum in -ii formant.

Ovidius: *cōnsĭlĭī* P. I 6, 16; *ēxsĭlĭī* P. I 3, 43. 5, 4; *īngĕnĭī* a. a. II 112; *latrōcĭnĭī* II 207; *ōffĭcĭī* a. a. I 155. P. I 7, 66; *stŭdĭī* P. I 7, 28; *supērcilii* a. a III 201; neque enim metrum formas in -i cadentes tulisset; omnino Ovidius non nisi semel in appellativis genetivo in -i exeunte utitur Pont. III 2, 57 *sacrifici*, iterum metro coactus (pro sacrifĭcii), cum in hac voce ceterisque eadem structura praeditis genetivus -i unicus sit casus, qui in versum immitti possit.[7])

Leipzig 1868 p. 188—198. — Liber, quem scripsit A. Th. Sverdsjö, Vindiciae praecepti Bentleiani de genetivo substantivorum in -ius et -ium desinentium, Rigae et Dorpati 1832, mihi in manibus non fuit.

1) Cf. Reeck p. 17.

2) Cf. Kroll, Catulls 67. Gedicht, Philol. 63 (1904), p. 139—147.

3) Baehrens in adnotatione.

4) Vel potius pro concreto adūltĕrō vel adūltĕrīs. Cf. Overholthaus, Syntaxis Catullianae capita duo, Papenburgi 1875, p. 8. Baehrens ad h. l. vide etiam infra. 5) Cf. Cartault p. 17.

6) Zielinski, Deutsche Literaturzeitung 1901, p. 3243—3245, qui correxit sententiam a Wolffio p. 662 prolatam; item Zielinski, Philol. S. B. IX, p. 769—771.

7) Cf. Lucr. I 313 *stillicidi*; contra in reliquis casibus poetae dactylici circuitus eloquendi adhibere coacti sunt velut Seren. Sammon. 234

quod vero assumpsit nomen de dente fricando

totum versum pro una voce non apta dentĭfrĭcĭum (quod exemplum debeo benignitati Skutschi).

In nominibus autem propriis vel Ovidius semper genetivo in -i exeunte utitur:

Antōni P. I 1, 23; *Propĕrti* a. a. III 333; *Rutīli* P. I 3, 63.[1])

III. Declinatio. gen. -um. Tertiae declinationis genetivum plur. poetae dactylici plerumque in -um flectunt[2]), cum formae in -ium terminatae a metro abhorreant.

Sic Catullus: *Veronensum* pro Veronēnsĭŭm 100, 2; sed genetivus -um adiectivorum originem significantium etiam in veteribus inscriptionibus, apud Ciceronem aliosque invenitur.[3])

Genetivus pluralis participiorum praesentis iam a veteribus poetis (Plaut. etc.) saepe in -um formatur[4]), quibus formis ut multo aptioribus vel potius solum aptis poetae dactylici libenter utuntur:

amantum[5]) pro amāntĭum Ov. am. III 10, 15. a. a. I 439. 633. — *nocentum*[6]) Ov. P. I 8, 19. — *parentum*[7]) Cat. 62, 62. 66, 15. 101, 7.[8]) Ov. am. I 3, 7 met. XV 366. 459.

Genetivus plur. caelestum apud Enn. Acc. trag. Lucr. Cic. poet.[9]) Verg. occurrens legitur apud Cat.[10]) 64, 191. 204 et Ov. fast. IV 276. 423.

Genetivus vatum est usitatus, tamen etiam vātĭum apud Ciceronem invenitur[11]); poeta dactylicus non nisi forma *vatum* uti potest, quam legimus Ov. am. I 8, 59. a. a. III 347.

---

1) Quocum genetivo comparari potest ablativus adverbi instar usurpatus gratis, quam formam poetae dactylici inde a Lucretio solam adhibere poterant, cum poetae scaenici et Cicero semper forma grātĭīs uterentur. Ovidius *gratis* am. I 8, 72. a. a. I 454. Cf. Buecheler, Grundr. p. 129—130. Hauler, Ter. Phorm. p. 56. Brock, Quaest. gr. p. 94. Zielinski, Philol. S.-B. IX p. 774.

2) Cartault p. 42: 'Très peu de génitifs en -ium peuvent figurer dans l'hexamètre dactylique . . . Lucrèce n'en offre qu'un exemple avium'. Cf. Buecheler, Grundr. p. 80—83. Norden p. 187.

3) Cf. Neue II 64—65.

4) Cf. Corssen II 691—693. Wotke, Wien. Stud. VIII p. 136—137.

5) Iam Plaut. cf. Neue II 139.

6) Cic. *nocentium*; sed *innocentum* iam Plaut. Neue II 137. 142.

7) Plaut. Ter. Varr. Cic., poetae dactylici Neue I 405. — Ita Horatius in carminibus scripsit *sapientium* III 21, 14, in sermonibus autem *sapientum* II 3, 296, cum aliter ei non liceret. Cf. Neue II 138.

8) Cf. Norden Verg. p. 191.

9) Alias Cic. *caelestium* Neue II 65. Cf. Norden p. 187.

10) Cf. Heußner p. 11.

11) Neue I 401.

Forma vigílíum[1]), quam adhibet Liv. 10, 33, 6, cum uti Ovidius non posset, scripsit *vigilum* am. I 9, 27.

Item pro forma vólúcríum[2]) apud Varronem et Ciceronem obvia poetae dactylici inde a Vergilio formam *volucrum* apud Sallustium primum occurrentem adhibere coacti sunt: ita Ov. am. II 6, 51.

abl. -e. Ablativum[3]) epici in e potius quam in i exire iubent brevem syllabam lucrificaturi.

Nominis ignis, cuius duo ablativi in usu erant[4]), Ovidius multo saepius usurpat formam brevem ultimam praebentem *igne* velut a. a. II 440. 568. III 504. P. I 7, 46. 9, 18, ubique in altero hemistichio pentametri; sed etiam aliis sedibus velut am. III 3, 35. a. a. II 304. Catullus semel in carmine lyrico exhibet ablativum *igne* 59, 4.[5])

Item substantivi imber[6]), cum duo exstent ablativi imbri et imbre — ille multo saepius a Cicerone adhibitus quam hic — tamen poetae dactylici hunc praeferunt:

imbre Cat. 68, 56. Ov. am. I 9, 16. III 6, 68. a. a. I 532. III 224, omnibus his locis in secundo pentametri hemistichio, a quo forma spondaica erat exclusa, et sic plerumque; sed etiam in hexametro velut met. VI 63 fast. IV 385. Semel tantum apud Ovidium abl. *imbri* est obvius met. IV 282.

Ablativus substantivi mare[7]) in tota lingua Latina in -i vocalem flectitur, soli fere poetae dactylici, ne casum a praepositione vel ab attributo seiungere cogantur, forma mare utuntur: Varr. Atac. fr. 18 (Baehrens) *Libyco mare*; Lucr. I 161 *e mare* pro e mari; Ovidius a. III 94 *caro . . . in mare* pro in mări; trist. V 2, 20. Ib. 196. P. IV 6, 46 *dē mărĕ*.

Simplex adiectivum par in ablativo sing. semper in -i flecti-

1) Usitatum tamen: *cohors vigilum* cf. Neue I 422—423. II 31—32. 129.

2) Neue I 398 sq. II 66.

3) Cf. Buecheler, Grundr. p. 98—100. Lindsay-Nohl p. 448—449.

4) Neue I 340—341.

5) Formam igne ab Ovidio praelatam esse vel inde apparet, quod eam etiam in fine hexametri ponit, ubi utrum syllaba brevis sit necne nihil interest, velut Ib. 355 *ardeat igne*. — Contra Lucr. semper *igni*. Cf. Cartault p. 25.

6) *Imbre* Plaut. Enn. Cic.(?) apud Plin. n. h. XVIII 224. poetae. Neue I 362—363. Cf. Wotke, Wien. Stud. VIII, p. 135.

7) Neue I 354. Buecheler, Grundr. p. 99. Cartault p. 28.

tur; etiam compositi compar abl. *cōmpărī*[1]) exstat et apud Liv. 36, 44, 7[2]) et in pervig. Ven. 37; qua forma cum Ovidio uti non liceret, ablativum in -e conformavit: *cōmpărĕ* am. III 5, 38. a. a. III 359.

Pro forma ĭnērtī[3]) apud Catonem, Cic. alios obvia et ab Ovidio ipso in hexametri quarta aut sexta sede semper adhibita velut met. II 772. VII 544. XV 148 poeta in pentametro coactus est scribere *ĭnērtĕ* P. I 5, 8. 10, 14, qui ablativus praeter hos duos locos non nisi apud Lactantium inst. VI 18, 30 semel occurrit.

Adiectivi infelix[4]) ablativum Catullus solus fere in e cadere iubet: *īnfēlīcĕ* pro infelici dispondeo 68, 99; nemo enim nisi Seneca semel in controv. VII 21, 9 eum hac in re secutus est, et ipse Catullus ablativum simplicis vocis felix semper vocali i finit 62, 30. 64, 373.[5])

Rīvālĕ[6]) pro rīvālī, quae forma apud Cic. ad Quint. fr. III 8, 4. Hor. a. p. 444 exstat, Ovidius am. I 8, 95. I 9, 18 rem. 791 solus exhibet.

abl. -i. Contraria ratione, ubi metrum postulat, poeta dactylicus ablativum nominum tertiae declinationis in i format; ita abl. căpĭtī[7]) pro căpĭtĕ apud Catullum primum est obvius 68, 124 *a cano . . . capiti*[8]), tum apud Germ., Amm. Marc., Paul. Nol. — Ovidius aliud quaerit auxilium remedium syntacticum adhibens et constructione mutata dativum pro ablativo ponens a. a. II 528 *capiti demptas rosas* pro 'de căpĭtĕ demptas' qua de re infra fusius agemus.

Etiam metro non iubente tales ablativos admittit Catullus velut 66, 46 classi[9]) pro usitato classe, quod ipse 64, 53 ponit et Ovidius semper habet.

IV. Declinatio. In quarta declinatione epici saepe coacti

---

1) Neue II 81.

2) Quamquam hoc loco lectio non constat cf. Hertz praef. p. XXXXIII.

3) Neue II 75.

4) Neue II 115. 118. Cf. Reeck p. 19.

5) Et 64, 16, si lectionem Riesei accipimus; codd. *(atque) alia.*

6) Neue I 347.

7) Neue I 366. Heußner p. 9. Reeck p. 19.

8) Quamquam in fine pentametri, ubi forma căpĭtĕ non deterior fuisset. Cf. supra p. 323. An *suscitat ah! cano volturium capiti* legendum?

9) *classi* Cael. Antip. Catull. Verg. alii Neue I 328. Cf. Heußner p. 10. Reeck p. 18. Num Lucr. V 1227 *classi* legendum sit, dubium est; codd. *classis.* Cf. Cartault p. 25. Wotke p. 135.

sunt dativum in u formare[1]), quae forma iam apud Plaut. et Ter. invenitur, raro tamen apud prosaicos.

Dativum *coetu*[2]) pro coetui ponit Catullus 64, 385; 66, 37[3]); item Ovidius *casu*[2]) pro cāsŭī a. a. III 155.

Nomina abundantia. In nominibus, quorum duae exstant flexiones[4]), si alterius declinationis formae incommodae sunt, ad alteram refugiunt epici; quin etiam ipsi alias flexiones, si non exstant, confingunt.

-a -es. Nonnullae voces primae declinationis etiam in prosa oratione habent formas vicarias quintae declinationis, quas dactylici in nominativo substantivorum in tribrachyn cadentium (velut mollĭtiă) ante consonantem, ubi elisio ultimae[5]) locum non habet, auxilio arcessunt. Sic Ovidius am. III 8, 18 *mōllĭtĭēs.*[6])

-a -um. Haud raro formae secundae declinationis multo aptiores sunt quam primae. Sic Ovidius primus scribit *amygdălà*[7]) pro amygdălae (Colum.) a. a. III 183 secutus Graecos, qui et ipsi praeter ἡ ἀμύγδαλος et ἡ ἀμυγδάλη τὸ ἀμύγδαλον dicebant.

In plurali eius quod est balneum[8]) poeta dactylicus neque formam balĭnĕae (Plaut. Ter.) neque balnĕae (Caecil. Cic.) neque bălnea (Liv.) adhibere potest, sed solam formam balnea (L. Pompon. Bon., Hor. epist.), quam legimus apud Ovidium[9]) a. a. III 640. (Graece τὸ βαλανεῖον.)

1) Corssen II 740. Buecheler p. 110. Lindsay-Nohl p. 442. Hauler, Ter. Phorm. p. 61. Norden p. 248. Wotke, Wien. Stud. VIII 134.

2) Deest apud Neuium I p. 541—546.

3) Cf. Heußner p. 9. Reeck p. 18. Etiam Lucr. dativum in u format. Cf. Cartault p. 44.

4) Cf. Rönsch, Itala und Vulgata², Marburg 1875, p. 258—272.

5) Cf. p. 328.

6) Cf. Rönsch, Itala u. Vulg. p. 259. Cartault p. 46—47.

7) Neue I 819—820. Oscar Weise, Die griechischen Wörter im Latein, Leipzig 1882, p. 61. 137. 336; praeterea de hac voce et sequentibus cf. Georges, Lexikon der lat. Wortformen. Joh. Schmidt, Pluralbildung d. idg. Neutra, Weimar 1889, p. 1—37.

8) Lachmann ad Lucr. p. 392. Neue I 823—825. Weise, Die griech. Wörter im Lat. p. 37. 85. 196. 297—298. 358. W. Meyer, Die Schicksale des lat. Neutrums, Halle 1883, p. 164—165. O. Keller, Jb. f. Ph. 107, p. 807—808. Cf. etiam supra p. 337.

9) O. Keller p. 808: 'Es ergibt sich, daß die älteste Pluralform das Femininum balineae war, und diese blieb auch alleinherrschend bis auf Augustus. Von da an wirkte bekanntlich der Gebrauch der daktylischen Dichter auch auf die Prosa bedeutend ein, und so gewann die Neutralform,

Vox Graeca ὁ γαύσαπος vel γαυσάπης in lingua Latina accipit formam gāusăpus[1]) (Cass. Sev.) vel gāusăpēs (Aug.) vel gāusăpa (Messalla); casus autem obliqui nullius harum formarum in metrum conveniunt, qua de causa Lucil. et Hor. sat. ablativum *gausăpĕ* formare ausi sunt, cum Ovidius accusativi neutralem formam pluralis numeri adhiberet a. a. II 300 *gāusăpă* pro gāusăpum vel gāusăpam. Persius utramque formam in suum usum convertit et gausapa (plur.) et gausape dicens.

Eodem modo Ovidius vocem ὁ οἴσυπος vel ἡ οἰσύπη tractavit, quam primus in linguam Latinam transtulit; ponit enim accusativum neutrius pluralis a. a. III 213 oesypa[2]) pro ōesўpam vel ōesўpum.

Idem per μετάπλασιν dicit: sătŭrēia[3]) pro sătŭrēiās vel potius sătŭreiām (Col. Plin.) ante consonantem a. II 415; illa forma praeter hunc locum non nisi apud Martialem III 75, 4 occurrit, qui scribit: *improba satureia*, cum imprŏbae satureiae dicere non possit.

-us -um. In secunda declinatione metrum interdum formas masculinas, sive femininae sunt, neutralibus cedere iubet. Apud Graecos forma ἡ κάρπασος est in usu; (τὰ) κάρπασα non invenitur nisi apud Antiphilum in Anthol. Gr. IX 415, 6; nam apud Orph. Argon. 922 utrum κάρπασον an κάρπασος sit legendum dubium est.[4]) E Latinis primus Ovidius formam cārbăsă[5]) pro cārbăsōs vel cārbăsum usurpavit a. a. II 337 et semper. Enn. a. 573; Lucr.; Cat. 64, 227; Verg. Prop. dixerunt *carbasus.*

Cf. etiam amygdala (ἀμύγδαλος), gausapa (γαύσαπος), oesypa (οἴσυπος) p. 344 sq.

-um -a. Nonnunquam in nominativo sing. formae primae declinationis unam certe brevem syllabam praebentes versui aptiores sunt quam secundae.

---

vielleicht unterstützt durch Grammatikertheorien, Eingang bei den Prosaisten der silbernen Latinität Seneca Plin. u. a., während schon vom Ende des ersten Jahrhunderts (Tac. Sueton.) an wieder die alte Femininform überwiegt und schließlich die Alleinherrschaft bekommt.' Cf. Joh. Schmidt p. 31.

1) Charis. et Prisc. GL I p. 104. II p. 333. Neue I 836—837. Weise p. 66. 183. 423.

2) Weise 191, 471.

3) Georges, Lexik. d. Wortf. s. v. Vide etiam Neue I 612. 826, qui nullos locos affert.

4) Stephani Thes. s. v. codd. κάλπασον.

5) Neue I 814. Weise p. 29. 61. 183. 369. Cf. etiam A. Zingerle, Zu späteren lat. Dichtern I, Innsbruck 1873, p. 56.

Sic post Lucilium[1]) Ovidius forma mēndă utitur am. I 5, 18; contra in casibus obliquis et in synecphonesi adhibet formam usitatam apud Cic. obviam mendum: a. a. III 261 *mendo*; rem. 417 *mendum est*. Tamen etiam in casibus obliquis formas vocis menda adhibet, ubi hae sunt commodiores velut a. a. I 249 *nocte latent mendăe* secundam syllabam in arsi ponens vel II 653 *omnes* (ante vocalem) . . . *mendas* pro omni(a) . . . menda ad evitandam elisionem; denique formam menda formae mendum omnino aequat, cum illam etiam in sexto pede hexametri usurpet a. a. III 781 *mendă*; III 261 *mendas*, quamquam mendo et mendā ei praesto erant.

-ūs -a. In tertia declinatione nominativus sĕnectūs in quarto vel sexto pede hexametri collocari potest velut Cat. 108, 1. Ov. her. XIV 109. am. I 12, 29. III 7, 17. a. a. II 271. met. V 27. VII 215. X 396. XII 186. XIII 516. XIV 143. trist. III 7, 35 (semper in VI. pede); pro genetivo autem repugnante sĕnectūtĭs adhibetur forma iam a comicis usurpata *sĕnĕctaē* Cat. 64, 217. Ov. a. a. III 59. met. VI 500. VII 237. VIII 662. IX 437. XV 227; item pro ablativo sĕnectūtĕ Ov. met. VI 37. VII 299. XIV 148. trist. IV 8, 23 *sĕnectă*; sed etiam reliqui casus formae senecta multo sunt aptiores; itaque Ov. her. IX 154 a. a. II 670. fast. V 70. 132. VI 190. trist. IV 8, 2 *senecta* pro sĕnĕctus in pentametro; *senectae* pro sĕnēctutĭ Ib. 21; *senectam* pro sĕnectutem am. I 8, 113. met. VII 2. 337. Unde apparet Catullum et Ovidium non nisi metro commotos formam priscam senecta pro usitata senectus usurpasse.

Tum Catullus primus inter eos poetas quorum opera exstant, adhibuit iŭventa[2]) pro iuventus in carmine lyrico 61, 235 *iuventam*; contra in sexto pede hexametri *iuventus* 66, 45. Item Ovidius in VI. pede semper *iuventus* her. XII 203. a. a. I 459. II 733. met. XII 548. fast. I 397. II 365. trist. III 12, 21. V 3, 37; contra in genetivo *iuventae* pro iŭventutĭs her. XV 259. a. a. III 81. met. VI 719. XV 225. fast. V 525; in ablativo *iŭvĕntă* pro iŭventute met. XI 759. trist. IV 10, 75. P. IV 12, 29; in pentametro *iuventa* pro iuventus a. III 1, 28. 7, 18. fast. II 6. P. I 10, 12. Sed

1) Neue I 818. Appel, De genere neutro intereunte in lingua Latina, Erlangae 1883, p. 74. W. Meyer, Die Schicksale des lat. Neutrums, Halle 1883, p. 136. Joh. Schmidt, Pluralbildung p. 21. 26.

2) Cf. A. Zingerle, Zu spät. lat. Dichtern I p. 76—77.

etiam in dativo et in accusativo formae vocis iuventa aptiores sunt: *iŭvĕntae* pro iŭvēntūtī a. a. II 693; *iŭvĕntam* pro iŭventutem a. a. III 557. met. XIV 140.

-es, etis -es, ei. Similiter res se habet in voce requies[1]), cuius accusativus et ablativus etiam a Cicerone et Sallustio modo secundum tertiam modo secundum quintam declinationem formantur. Ovidius semper formas breviores in -em et -e exeuntes usurpat praesertim in pentametro, ubi accusativus rĕquĭētem inseri vix poterat; itaque legimus *rĕquĭem* a. a. II 490. fast. I 668, sed etiam in hexametro her. VII 173. a. a. II 351, saepe in met., fast. I 667. Ib. 13; ablativ. *rĕquĭē* her. IV 89. met. XIII 317 etc.

-us -or. Promiscue usurpantur inde a Lucretio[2]) forma neutralis dĕcŭs dĕcŏris et masculina dĕcor dĕcōris, prout metro magis convenit. Sic in ablativo semper occurrit forma masculina *dĕcōrĕ* pro incommodo ablativo dĕcŏrĕ a. a. II 379. met. XII 189; item pro genetivo dĕcŏrĭs ante voc. semper ponitur forma *dĕcōrĭs* am. III 1, 10. a. a. III 352. 424. fast. V 122. 608; contra ante consonantem legimus *dĕcŏrīs* fast. II 836; sed etiam in reliquis casibus metro non iubente formae ab Ovidio miscentur. Catullus semper neutralem formam *decus* exhibet, cuius nominativus et accusativus[3]) etiam metro magis conveniunt: 64, 78. 323 et in carmine galliambico 63, 64.

2. Coniugationes.

Priusquam de singulis coniugationibus agam, totam verbi flexionem in universum tractabo quaeque omnibus coniugationibus communia sint remedia exponam.

ind. perf. -īt. Priscam productionem terminationis -it in tertia persona singularis perfecti indicativi Ovidius conservavit[4]), ubi, cum duae breves anteirent, metrum hoc requirebat:

ădĭīt pro ădĭĭt P. I 3, 74; *pĕrĭīt* am. III 8, 17; *pĕtĭīt* am. III 5, 30; *praetĕrĭīt* a. a. III 63. 64; *rĕdĭīt* a. a. III 707; *sŭbĭīt* P. I 4, 46.

Apud Catullum tales formas non inveni.

1) Neue I 848—849.

2) IV 983 *dĕcōrēs* pr. dĕcŏră. Cf. Joh. Schmidt, Pluralbildung p. 143.

3) Qui casus soli apud Catullum occurrunt.

4) Lachmann, Lucr. p. 206—210. Ritschl, Opusc. II 642 n. C. F. W. Müller, Plaut. Pros. p. 71—79. Corssen II 487—496. L. Mueller r. m. p. 398—405. Neue III 426—427.

opt. perf. Item priscus optativus[1]) perfecti a poetis dactylicis arcessitur, si formae perf. coni. et fut. exacti metro innecti non possunt[2]):

abstŭlĕrīs pro abstŭlĕrĭs am. I 8, 101; *attŭlĕrīs*[3]) a. a. II 280; *bibĕrīs* am. I 4, 32; *credĭdĕrīs* P. I 8, 29; *dĕdĕrīs* am. II 2, 16 a. a. I 447; *nescĭĕrīs* a. a. I 222; *praestĭtĕrīs* am. I 8, 105; *reddĭdĕrīs* am. I 4, 31,

interdum etiam versu non iubente: *sīrīs*[3]) Cat. 66, 91: *temptārīs* Ov. a. a. I 389.

Nonnunquam autem ipsum metrum formas brevem vocalem i continentes flagitat:

sēnsĕrĭs a. a. I 716; *vēnĕrĭs* am. I 4, 13; *vīdĕrĭs*[3]) P. I 2, 9.

Terminatio -erunt. Iam poetae scaenici terminationem tertiae personae plur. perf. -erunt breviaverant[4]), id quod poetae dactylici[5]) metro cogente imitati sunt.

Sic Ovidius: *mōlluerunt* am. II 1, 22; *praebuerunt* pro praebuerunt I 14, 25; *terruerunt* III 5, 2; cum Catullus sibi hoc non permiserit.[6])

-ēre pro -erunt. In tertia persona plur. perf. multo saepius poetae dactylici (sed etiam Plaut. et rerum scriptores) utuntur forma versui multo aptiore -ēre pro -ērunt.[7])

Catullus tamen hac facultate rarissime utitur: certe equidem in carminibus elegiacis non inveni nisi unum exemplum *pepere*[8]) pro pepĕrerunt 66, 45, quod adiciendum est[9]) illi *optarere* a Neuio

1) Lachmann comm. Lucr. p. 206—210. C. F. W. Müller p. 51—52. Corssen II 495—497. L. Mueller p. 398. Stolz, Lat. Gr.³ in Iw. Mueller, Hdb. II 2 p. 186. Neue III 428—430.

2) Neue III 430: 'In daktylischen Versen hat die Rücksicht auf das dem Versmaß angemessene unverkennbar auf die Quantität der Endung in den einzelnen Verba eingewirkt.'

3) Deest apud Neuium. Cf. p. 350 n. 5.

4) Nolo tamen dicere formam productam fuisse vetustiorem, cum quid prius sit, quid posterius, num diversam trahant originem hae duae formae adhuc diiudicari nequeat. Neue III 198. Corssen I 612. II 203. 513. L. Mueller p. 454—455. Koene 162.

5) Ennius tamen eam non corripit. Corssen I 611. 6) Reeck p. 56.

7) Neue III 190—198. L. Scheffler, De perfecti in -vi exeuntis formis apud poetas Latinos dactylicos occurrentibus. Corssen I 186—188. 611—613. II 175—176. 237. Havet, Le duel en -ere, ALG III 558. Wölfflin, Hexameter und silberne Prosa, ALG XI 508. Wotke, Wien. Stud. VIII, p. 145—146. Cartault p. 94—95.

8) Ex emendatione Italorum; codd. *propere*.

9) Cum multis aliis exemplis, quae Hupe p. 23 e carminibus lyricis et e carminibus hexametricis 62 et 64 collegit.

III p. 196 e carmine 62, 42. 44 allato; alias Catullus graves plenasque formas adhibet: *crēvērūnt* 113, 3; *mānsērūnt* 113, 3 (in primo pede, ubi mānsērĕ locum non habet); *pĕrĭērūnt* (in IV. pede) 68, 23. 76, 9.

Saepissime tamen illae formae ab Ovidio in usum vocantur, praesertim in pentametro, qui versus formas, quales sunt dĕdērūnt sĕcŭērūnt cōntĭnŭērūnt omnino respuebat:

dĕdērĕ am. I 6, 50 (pent.); P. I 2, 105; *iŭvērĕ* P. I 4, 41; *sĕcŭērĕ* am. II 16, 16 (pent.). — *contĭnŭērĕ*[1]) a. a. II 70; *dēdĕcŭērĕ*[1]) am. III 15, 4; *dētĭnŭērĕ*[1]) a. a. III 312; *dŏlŭērĕ* am. III 3, 14 (pent.); *hăbŭērĕ* a. a. III 108 (pent.); *iăcŭērĕ* am. III 7, 65; *mĕrŭērĕ* am. I 7, 1. II 7, 12 (pent.), a. a. III 45; *nŏcŭērĕ* P. I 2, 134 (pent.); *plăcŭerĕ* am. II 5, 57. III 8; 5. P. I 4, 4 (pent.); *sūstĭnŭērĕ*[1]) am. III 9, 44; *tăcŭērĕ* am. II 5, 17; *tĭmŭērĕ* am. III 3, 32 (pent.); a. a. I 119. — *cĕcĭdērĕ* am. II 5, 47. III 5, 11. P. I 2, 3; *cēssērĕ* am. II 1, 27; *cŏlŭērĕ* a. a. III 107; *dēfēnderĕ* P. I 4, 40; *dēstĭtŭērĕ*[1]) am. III 7, 14. 9, 54. P. I 4, 34; *dĭdĭcērĕ* a. a. II 479. P. I 2, 85; *fēcērĕ* am. II 14, 35. a. a. III 47; *nōvērĕ* a. a. III 537; *ōdērĕ* I 717; *pŏsŭērĕ* I 646 (pent.); *răpŭērĕ* am. III 9, 41. 10, 27; *tŭlērĕ* (pent.) am. I 14, 24. a. a. III 406. P. I 3, 4. 3, 62; *vŏlŭērĕ* (pent.) am. II 3, 16. a. a. III 586. P. I 5, 70. — *ăbĭērĕ* am. III 6, 55. a. a. I 551; *pĕrĭērĕ* am. I 14, 31; *vēnērĕ* a. a. I 174. — *fŭērĕ* (pent.) a. a. III 112. 734; *pŏtŭērĕ* (pent.) a. a. III 296.

Raro tantum formae plenae adhibentur nonnunquam metri ratione habita velut in initio versus: *cláuserúnt* a. a. II 92; *dúxerúnt* a. a. III 810; *fécerúnt* III 324, ubi formis cláuserĕ etc. usurpatis versus non staret. Similiter *fécerúnt* in fine primi hemistichi P. I 3, 30; sed etiam aliis sedibus velut *dixérunt* a. a. III 435 et *laesérunt* am. I 14, 39 in quarto pede. — Formae prosodiam ionici a minore exhibentes in quarto tantum pede hexametri collocari possunt[2]) velut *mĭnŭērūnt* P. I 9, 31; *sŏnŭērūnt* am. I 6, 49. a. a. I 537; forma bacchea *fŭērūnt* etiam in sexto pede: am. II 5, 55. a. a. III 115. Contra formam -ere in sexto pede non inveni, unde elucet eam soli metro esse concessam.

Syncopa syllabae -is in perf. Volgaris est syncopa syllabae -is secundae personae sing. ind. eorum perfectorum, quae in -si -ssi -xi formantur[3]), a poetis scaenicis, raro etiam a Cicerone adhibita, quae poetis dactylicis longas et molestas formas praeteriti una certe syllaba breviores reddebat.

---

1) In secundo pentametri hemistichio. 2) Cf. p. 319 n. 2.

3) Reinh. Klotz ad Ter. Andr. 151. Corssen II 553—563. Neue III 500—505. Engelbrecht, Studia Terentiana, Vindobonae 1883, p. 59—63. Hauler, Ter. Phorm. p. 62. Norden Verg. p. 140. Wotke, Wien. Stud. VIII p. 146. Cartault p. 98.

Catullus ea saepe usus est:

abstersti 99, 8; *duxti* 91, 9; *luxti* 66, 21; *promisti* 110, 3; *subrepsti* 77, 3; *promisse* 110, 5. Semel haec syncopa in carmine lyrico occurrit[1] 14, 14 *misti*.

Ovidius eandem syncopam exhibet semel her. XI 59 *dixti*.

perf. sine v. Formae perfecti, plusquamperfecti, futuri exacti productione syllabarum graves commodiores fiunt omissa littera v[2]), quales formae iam apud Plaut. Acc. Varr. Cic., tum imprimis apud dactylicos poetas sunt obviae:

Catullus

α) metro cogente: *conscelĕrassĕ* pro conscelĕrāvissĕ 67, 24; *pācificasset* pro pacificavisset 68, 76; *saturasset* 68, 83; *iuvāsse* 67, 23; 76, 3. Verbum iuvare non nisi in formis litteram r continentibus et apud veteres poetas (Plaut. Ter. v elidit[3]): Enn. Cat. Prop. necessitate metri coacti his formis contractis utuntur velut noster 66, 18 *iuerint* pro iūvĕrint: contra ubi metrum hoc admittit, usitatas adhibet formas: *iuverat* 68, 42 (bis). — *cognoram* pro cognōvĕram 66, 26; *requierant* pro requieverant 84, 7; *scirant*[4]) pro scivĕrant 68, 85. Forma *siris* 66, 91 non pro sivĕris posita est, sed pro prisco optativo aoristi litterae s ope formati est habenda.[5]) — *audierat* pro audīvĕrāt (ante cons.) 74, 1;

abisse 68, 85. In verbo ire eiusque compositis formae littera v carentes tanto sunt frequentiores quam alterae[6]), ut forma ivĕrat, quam noster 66, 12 exhibet metro coactus *iverat Assyrios* pro ierat, non inveniatur in litteris Latinis praeter hunc locum nisi semel in Anth. Lat. 253, 96 (ed. Riese); quare Birtius[7]) nostrum locum in '*Assyrios ierat*' mutare voluit.

β) Etiamsi metrum non postulat, commoditatis gratia formae contractae ponuntur[8]):

1) Cf. Riese praef. XXX. Heußner p. 22. Reeck p. 48—49.

2) Neue III 430—500. Corssen I 317—319. Lindsay-Nohl p. 582—583. Birt, Verbalformen vom Perfektstamme bei Claudian, ALG IV 589—594. L. Scheffler, De perfecti in -vi exeuntis formis, imprimis p. 5—6. 13—16. 38—59. Solmsen, Studien z. lat. Lautgesch. p. 175—181. Wolff, Jb. f. Ph. S.-B. 26, p. 665. Brock, Qu. gr. p. 75—170. 3) Neue III 492—493. Cf. Hupe p. 23.

4) *scibant* V. Cf. L. Scheffler p. 5 n. 1. p. 51.

5) Solmsen, Studien p. 179. L. Scheffler p. 5 n. 1. p. 51.

6) C. Wagener, Die perfektischen Formen von eo und seinen Composita, N. Jb. f. Ph. 119 (a. 1879), p. 271—272.

7) Birt, Rhein. Mus. 59, p. 426—427 eiusque discipulus L. Scheffler p. 5 n. 3. p. 53.

8) Etiam in carminibus lyricis. Heußner p. 21. Hupe p. 21—23. Reeck p. 49—50.

adiurarit (in VI. pede) 66, 41; *cessasti* 99, 12; *legarat* (VI. p.) 66, 57. — *cognossem* 91, 3; *nosse* 72, 1; *nosti* 67, 37; *tristi* 66, 30. — *isset* 68, 86; 84, 11; *servisse* 67, 3. 5.

Item Ovidius:

α) metro iubente: *celaris* pro celāvĕrīs (ante cons.) a. a. II 409; *contĕmĕrāssĕ* pro contemĕrāvissĕ am. II 7, 18; *continuāssĕ* a. a. I 406. 496. III 366; *dissĭmŭlāsse* II 642; *duraris* (ante cons.) II 702; *iuraras* pro iurāvĕrās am. II 16, 43; *lănĭāssĕ* a. a. II 171; *nĕcāssĕt* am. II 14, 15; *peccarim* pro peccāvĕrīm (ante cons.) P. I 1, 66; *peccaris* (ante cons.) a. a. II 492; *pulsarant* pro pulsāvĕrānt am. III 10, 31; *sollĭcĭtāssĕ* I 7, 14; *tĕmĕrāssĕt* II 14, 17; *temptārīs* pro temptāvĕrīs a. a. I 389; *vexārāt* (ante cons.) am. II 19, 15; *vĭŏlāsse* P. I 1, 51; *vitārīs* (ante cons.) a. a. I 419. — *admōrāt* (ante cons.) am. III 8, 38. — *cŭpĭīt* pro cŭpīvīt (ante cons.) in pentametro am. I 8, 32; *desierat* pro desīvĕrāt (ante cons.) am. III 1, 61; *desierit* (ante cons.) a. a. II 306; *nōrīt* (ante cons.) a. a. III 561; *pĕtĭĕrĕ* pro pĕtīvērĕ am. I 9, 5; *pĕtĭīt* pro pĕtīvīt in pent. am. III 5, 30. a. a. I 552; *quaesĭĕrīs* (ante cons.) am. II 2, 26. P. I 5, 53. — *audĭĕrāt* (ante cons.) a. a. II 401. 403. 405; *audĭĕrīt* (ante cons.) am. I 3, 4; *fīnĭĕram* am. I 13, 45; *ĭĕrāt* (ante cons.) am. II 5, 21; *mollĭĕrānt* I 9, 42; *nescĭĕrīs* a. a. I 222; *nutrĭĕrīs* (ante cons.) a. a. II 340; *pĕrĭīssĕ* am. I 14, 35; *pĕrīssĕ* II 2, 10. 19, 56; *saevĭĕrīt* (ante cons.) a. a. II 461.

β) commoditatis gratia: *clāmarunt* a. a. I 548; *donarit* (ante voc.) am. I 13, 41; *fīrmārūnt* P. I 3, 27; *inclamasse* am. I 7, 45; *iūrāssĕ* III 3, 13; *lassārĭt* (ante voc.) II 10, 33; *optarunt* a. a. I 294; *pararunt* a. a. III 391; *peccasse* am. II 5, 3. 7, 19. 14, 43; *pugnarunt* a. a. II 465; *pugnasti* am. III 1, 38; *pulsassem* am. I 7, 29; *putaris* (in VI. pede) a. a. I 733; *recusasset* am. II 14, 14; *servasses* am. II 19, 50; *superarĭt* (ante voc.) a. a. II 743; *temptasse* am. II 3, 17; *temptasset* II 14, 20; *transnasset* II 16, 32; *turbasse* a. a. II 169. — *flesse* a. a. II 188. III 38. — *cognosse* a. a. II 391; *norăt* (ante voc.) am. II 19, 10; *norit* (VI p.) P. I 2, 71; *nosse* am. II 3, 2. a. a. I 351. P. I 7, 54; *nosset* a. a. II 250. III 413. 415. — *audisse* am. I 13, 45; *audisti* P. I 6, 1; *isse* a. a. II 521. 522. III 17; *mollĭĕrunt* am. II 1, 22; *mollisse* a. a. II 477; *nescisse* II 555; *nescistis* a. a. III 41; *perisses* am. II 14, 19; *scisti* a. a. I 131.

inf. -ier. Prisco infinitivo in -ĭĕr formato[1]) in inscriptionibus, apud poetas scaenicos et dactylicos, raro apud prosaicos obvio Catullus[2]) utitur, cum ei duas breves syllabas pro una longa suppeditet[3]):

componĭĕr pro compōnī 68, 141 (in quinto pede); praeter hunc

1) Ludwig Lange, Über die Bildung des lat. Inf. Praes. Pass., Wien 1859; imprimis p. 7—13. 26. Corssen II 478—479. Neue III 223—235. Brugmann, Grundr. d. vgl. Grammatik der idg. Spr. II 460. A. Miodoński, Zur Erklärung der Infinitive auf -ier -rier, ALG VII 132. Engelbrecht, Stud. Ter. p. 66—67. Hauler, Ter. Phorm. p. 63. Wotke, Wien. Stud. VIII p. 145. Brock, Qu. gr. p. 82—83. Cartault p. 103—104.

2) Heußner p. 23. Reeck p. 30—31. 3) Cf. Ludwig Lange p. 25.

locum tales infinitivos legimus in carmine lyrico 61: *citarier nitier compararier* (ter) semper ante voc., i. e. ad dactylum parandum.

Item Ovidius semel met. II 741 *scitārier* (in V. pede).

Iam ad singulas nos convertamus coniugationes et ordiamur a prima.

I. Coniugatio. Pro usitato verbi dimicare perfecto dimĭcavi utique versui non apto Ovidius ad analogiam compositi emico, emicui confingere audet perfectum dimicui: *dīmicuisse* am. II 7, 2. 13, 28, quae praeteriti forma in litteris Latinis non nisi his duobus locis exstat.[1])

Verbi implicare[2]) in prosa oratione (Varr. Cic. etc.) solum participium īmplĭcātus est in usu; quod cum a metro abhorreat, poetae dactylici Lucretius et reliqui formam a Plauto adhibitam implĭcĭtus usurpaverunt, quae apud Ovidium exstat: a. a. I 561 *implicitam*; II 580 *impliciti*; item *implicuit* (ita Cic. quoque) pro īmplĭcāvit (Liv.) am. II 18, 9.[3])

III. Coniugatio. Quodsi in tertia coniugatione legimus formas *concinuisse* Ov. am. III 9, 24 et *concinuistis* III 12, 2, etiam in hac perfecti forma fingenda auctoritas poetarum dactylicorum videtur multum valuisse.[4]) Nam cum simplex flectatur cano cecini, iusta ac recta forma verbi compositi esset cōncĭni, quam formam in versum redigere non poterant. Accedit, quod praeteritum huius verbi concino nobis nusquam occurrit nisi apud poetas dactylicos (Tib. etc.) et qui eos sequuntur prosaicos scriptores (Liv.[5]) Sen. Tac.).

Prisca est forma reduplicata perfecti tĕtŭlisset[6]) (Plaut. Ter. Enn. Acc. Lucr.), quam ut una syllaba brevi auctam libenter recepit Catullus 66, 35; praeterea in carmine galliambico[7]), quod plurimas breves syllabas requirit.

Apud Ovidium hoc praeteritum, quod nimis erat priscum, non invenitur.

---

1) Neue III 375. Georges, Lexik. d. Wortf.

2) Neue III 523—525. Cf. Cartault p. 107.

3) Catullus in carmine lyrico 53, 3 *explicasset*. Neue III 376—378.

4) Koene p. 158. Neue III 372; cf. *incinuerunt* Varr. l. l. VII 3, 37.

5) In libro XXX.

6) Neue III 346. Wotke, Wien. Stud. VIII p. 148. L. Mueller, Qu. Ennius p. 200. Cartault p. 96.

7) 63, 47 *tetulit*; 52 *tetuli* cf. Heußner 21. Reeck p. 33.

IV. Coniugatio. De quarta coniugatione hoc habeo quod moneam. Imperfectum -ibam[1]) pro -iebam, quod inde a Plauti Ennique aetate omnibus occurrit temporibus, quamquam a multis poetis et qui bono scribendi generi studebant prosaicis vitatum, poetae dactylici plerumque metri necessitate coacti erant adhibere.

Sic Catullus[2]): *audibant* pro āūdĭēbant 84, 8; *custodibant* pro custōdĭēbant 64, 319.

Item Ovidius: *audibam* her. XIV 36; *audibat* pro audĭēbat fast. III 507 etc.[3])

esse. In coniugatione verbi esse videmus coniunctivum imperfecti fŏrĕt[4]) iam a Plauto usurpatum, qui neque Ciceroni neque Caesari usitatus erat, a poetis dactylicis inde ab Ennio formae trochaicae ēssĕt praelatum esse. Ita Catullus: *foret* 66, 61. 67, 27. 68, 40. 116. 99, 13; at *esset* semel tantum 83, 4.

Ovidius *foret* am. II 7,2 6. 12, 18. a. a. III 440. P. I 1, 33; *forent* am. III 6, 73; *fores* am. I 14, 3.

Similiter *fŏrĕ* pro fŭtūrum esse (in pent.) Cat. 91, 2. 109, 2 et (in hexam.) Ov. met. IX 75. *āfŏrĕ* pro āfŭtūram esse Cat. 66, 75. 76.

Pro pŏtēst (vel potes) Catullus ad exemplum Enni[5]) dicit *pŏtĕ* 67, 11. 98, 1. 76, 16 vel *pŏtĭs est* 65, 3. 72, 7. 76, 24. *potis sit* 115, 3.

Apud Ovidium talia non leguntur ut omnino apud 'Catullo minores rarissime'.[6]) Sed Catullus ipse etiam formas usitatas contractas exhibet: *possum* 99, 5; *possis* 98, 3; *potest* 87, 1 et saepius.

b. Flexio Graeca.

Postquam de Latina flexione diximus, altera huius capitis parte tractabimus Graecam flexionem, i. e. Graecam declinatio-

---

1) Corssen II 736. L. Mueller r. m. p. 512. Qu. Ennius p. 199—200. Hauler, Ter. Phorm. p. 62. Wotke p. 145. Norden Verg. p. 248—249. Cf. Neue III 317—320. Skutsch, Atti del congresso internazionale di scienze storiche, Roma 1903, vol. II, p. 201—203.

2) Cf. Riese praef. XXX. Heußner p. 20. Reeck p. 32.

3) Lucr. praeter unum exemplum semper -ibam. Cartault p. 92.

4) Neue III 153—159. Riemann, Etude sur la langue et la grammaire de Tite-Live², Paris 1885, p. 226—233. Cartault p. 87—90. O. Weise, Charakteristik der lat. Spr.², Leipzig 1899, p. 140.

5) Neue II 173—177. C. F. W. Müller, Zeitschr. f. d. Gymnasialw. XXIX (1875), p. 221—222. Lachmann, Lucr. p. 316. Engelbrecht, Stud. Ter. p. 28—30. Wotke p. 139. Cartault p. 90—91. Heußner p. 23—24. Reeck p. 30. Overholthaus, Synt. Cat. p. 18.

6) Heußner l. c.

nem[1]), nam in coniugatione Graecanicae locutiones locum habere vix possunt. Nomina Graeca, quae primo Latinae flexioni adaptabantur, inde ab Accio Graecas terminationes servare coeperunt cum aliis de causis tum propter necessitatem metricam, quae poetas dactylicos persaepe cogebat Graecas formas adhibere, ubi Latinae versui immitti non poterant.

I. Declinatio.

nom. -e. In primae declinationis nominativo primus Lucilius fr. 169 dixerat *Tisiphone*[2]) pro Tisiphona: eadem de causa Catullus 63, 76 in carmine galliambico coactus erat Graeco nominativo *Cўbĕlē* uti; neque aliter

Ovidius[3]): *Ămȳmōnē* pro Ămȳmōnă am. I 10, 5; *Andrŏmăchē* pro Andrŏmăchă a. a. II 645. III 109. 519; *Dănăē* am. II 19, 28. III 4, 21; *Hĕlĕnē* a. a. II 359. 365. III 253; *Pasĭphăē* a. a. I 295. 303; *Penĕlŏpē* am. I 8, 47. II 18, 29. III 4, 23. a. a. III 15; *Sĕmĕlē* am. III 3, 37. a. a. III 251.

Interdum autem Catullus[4]) et Ovidius, qui etiam ubi Latinae formae non offenderent, Graecum nominativum -e praeferunt, ipso metro impelluntur, ut Latinam flexionem adhibeant velut *Ariadna* pro forma ionicum praebente Ariadnē Cat. 64, 54. 253. Ov. a. a. III 35 in tertio et quinto pede.

accus. -en. Accusativum horum nominum poetae dactylici inde a Lucilio[5]) ante vocalem in -en flectere coacti erant, si elisionem evitare studebant.

Sic Ovidius: *Dănăēn* pro Danaam am. II 19, 27; *Hĕlĕnēn* a. a. II 371. III 11. 759; *Hermĭŏnēn* a. a. II 699 (contra ante cons. *Hermionam* I 745); *Hypsĭpȳlēn* am. II 18, 33; *Īŏlēn* a. a. III 156; *Penĕlopēn* a. a. I 477. II 355; *Taprŏbănēn* P. I 5, 80; *Thrēcēn* a. a. II 588. Quae flexio adeo increbruit, ut etiam sine ulla causa metrica ante consonantes forma Graeca -en poneretur, id quod iam Catullus fecerat, qui

1) Cf. L. Sniehotta, De vocum Graecarum apud poetas Latinos dactylicos ab Ennii usque ad Ovidii tempora usu. Vratisl. 1903. Norden Verg. p. 401—403.

2) Neue I 66—82. Sniehotta p. 8, 49—50.

3) Neue I 66: 'Die griechische Bildung auf -e mit dem Akkusativ auf -en und dem Ablativ auf -e kam besonders durch die Dichter seit der Zeit des Augustus in Gebrauch, vornehmlich in den Nomina propria, vor allem in denen von anapaest. oder choriamb. Form.'

4) Cf. Heußner p. 14.

5) Neue I 66—82. Sniehotta p. 25—28. 53. 72. 73.

e. g. in sexto pede hexametri adhibet accusativum Graecum *Amphitriten*[1]) 64, 11.

accus. -an. Accusativus -an femininorum apud Lucr. Cic. Varr. obvius[2]) a Catullo vitatus eodem modo interdum ad evitandam elisionem adhibetur velut apud Ovidium her. XVII 151 *Andrŏmĕdan* pro Andromedam ante vocalem; sed etiam ante cons. velut a. a. I 53.

gen. -es. Similiter genetivus -es pro Latino -ae positus[3]) auxilium esse potest ad defugiendam synaloepham:

Ĭoles ante vocalem Ovidius her. IX 133; sed saepissime etiam ante consonantes apud Ovidium hic genetivus Graecus occurrit, quo primus usus est Catullus quamquam versu non iubente velut *Arsĭnŏēs* ante cons. 66, 54.

nom. -as- -es. Nomina masculina in -ας vel -ης exeuntia antecedentibus duabus brevibus syllabis, si ad exemplum Plauti et ceterorum vetustiorum Latina terminatione -ă instruebantur[4]), versui heroo intexi vix poterant, nisi forte per elisionem mutilabantur. Itaque Lucil. 1108 in voce *Tĭrĕsĭā* a vocalem produxerat; posteriores vero inde a Lucretio et Cic. Arat. praeoptabant Graecam terminationem retinere, quae etiam ante vocales utilior erat.

Catullus: *Amphĭtrўŏnĭădēs* pro -ōnĭădă 68, 112.

Ovidius semper fere Graecas formas exhibet haud raro versus ratione commotus: *Aeneas* ante voc. fast. III 549. 607. IV 78. 251. 890. 892. VI 434; *Borĕas* pro Bŏrĕā fast. V 203. — *Actŏrĭdēs* pro Actŏrĭdă a. a. I 743; *Aeăcĭdēs* a. a. II 736; *Agenŏrĭdēs* P. I 3, 77; *Alcides* ante voc. am. III 8, 52 a. a. III 156; *Amyntorides* a. a. I 337; *Phillўrides* I 11; *Phylăcĭdes* II 356; *Priămĭdēs* III 759; *Sisўphĭdēs* III 313.

Etiam accusativus Graecus horum nominum in -an vel -en formatus poetis nostris ante vocalem gratus et acceptus videri debebat.

accus. -an. Forma accusativi -an[5]), quae apud Catullum non legitur, sed a Cicerone et Vergilio adhibetur, apud Ovidium sola occurrere videtur, nonnunquam ante vocalem ad evitandam synaloepham:

Aenean pro Aeneam a. a. III 86. 337 (sed etiam ante cons. am. II 14, 17); *bŏrĕān* ante voc. am. II 11, 10.

---

1) Certo Graecam hexametri clausulam imitatus.

2) Neue I 86—87. Sniehotta p. 29. 68.

3) Neue I 97—100. Sniehotta p. 19—21. 63—64. 70.

4) Neue I 48—62. Sniehotta p. 6—7. 52—53.

5) Neue I 88—90. Sniehotta p. 29.

accus. -en. Item accusativus -en a Lucilio[1]) iam positus legitur apud Ovidium ante voc. *Gygen* pro Gygam am. II 1, 12; *Maeoniden* III 9, 25; *Phylaciden* a. a. III 17; *Thyestiäden* a. a. II 407. Quem accusativum Graecum poetae adeo adamaverunt, ut eo semper uterentur, etiam ubi nulla causa metrica suberat, velut Catullus 66, 67 *Booten*[2]) in fine hexametri.

II. Declinatio.

-on. Nominativus talium nominum quale est Pelĭon[3]) non nisi Graeca terminatione -on instructus adhiberi potest, cum Latina forma Pēlĭum a metro abhorreat.

Sic Ovidius fast. III 441. V 381 *Pēlĭŏn.*

Eodem modo res se habet in accusativo et masculinorum et neutrorum[4]), qui primum graece flexus est a Lucretio et Varrone, cum Catullus omnino terminatione -on usus non sit.[5]) Contra Ovidius saepe accusativum in -on declinat: sic *Inachon* pro Inăchum am. III 6, 103; *Pēlĭŏn* pro Pēlĭum II 1, 14 (hic formae Latinae inseri non poterant); et ante vocalem elisionis vitandae causa: *Acheloon* am. III 6, 103; *Hymenaeon* P I 2, 131; *Paphon* am. II 17, 4 contra in fine pentametri *Paphum* a. a. II 588); *Phrixon* a. a. III 175.

nom. -ēŭs. Terminatio nominativi -εύς[6]) etiam a poetis Latinis inde ab Accio μονοσυλλάβως pronuntiatur, cum metrum plerumque Latinam pronuntiationem -ĕus non admittat. Nam ea nomina, quae ante terminationem -eus syllabam longam habent velut Nēreus, non nisi vocali sequente in tres syllabas (Nērĕŭs) distrahi poterant; eae autem voces, in quibus ante syllabam -eus duae breves positae sunt velut in Brĭareus, Latinam pronuntiationem Brĭărĕus omnino non ferebant.

Sic Catullus ante cons. *Thesēūs* 64, 81. 200. 247.

Ovidius: *Ilĭŏnēūs* her. XV 256; *Măcărēūs* am. II 18, 23; *Tērēūs* (ante cons.) am. II 14, 33; *Tydēūs* her. IX 155. Ib. 426. P. I 3, 79.

gen. -eos. Genetivus horum nominum plerumque Latino more in -ei[7]) formatur, quae vocales in unam syllabam contrahi solent[8]);

1) Neue I 90—93. Sniehotta p. 25—28.
2) Cf. Sniehotta p. 36. 55. Hupe p. 17.
3) Primus Lucil. *-on* Sniehotta p. 3—6.
4) Neue I 191—207. Sniehotta p. 24—25. 46—48. 62.
5) Reeck p. 20. Baehrens ad Catull. 22, 5.
6) Neue I 504—505. Sniehotta p. 9—15. 50—51. 61 n. 2.
7) Neue I 505. 506. Sniehotta p. 22—23. 8) Cf. supra p. 335 sq.

interdum autem Graeca terminatio -eos[1]) est commodior velut ante vocalem apud Ovidium: *Oīlĕŏs* met. XII 622; *Orphĕŏs* Ib. 602; *Pēnthĕŏs* trist. V 3, 40; *Thēsĕŏs* met. VIII 268; *Thyphōĕŏs* fast. IV 491.

dat. -ei. Dativus aut latine flexus[2]) per synizesin in -eo contrahitur[3]) aut Graecam terminationem -ei accipit velut Cat.[4]) 64, 382 *Pēlei* pro Pēlĕō; Ov. met. V 201[5]) *Pērsei* pro Pērsĕo.

acc. -ea. Eadem de causa atque nominativus Latinus talium nominum quale Pērseus aptus non est, etiam accusativus -ĕum[6]) in versum heroum recipi non potest; accedit, quod forma Latina Pērsĕum etiam ante vocalem locum non habet. Itaque poetae dactylici accusativum Graecum -ea a Cicerone in Arateis[7]) primo admissum adhibent.

Catullus *Pēlĕă* pro Pēlĕum 64, 21. 301; *Thēsĕă* 64, 53. 239. 245.

Ovidius *Amŏebĕă* a. a. III 399; *Prōtĕă* am. III 12, 35; *Thēsĕă* a. a. I 531.

voc. -eu. Item vocativus graece in -eu formatur inde ab Accio.[8]) Latina forma -ĕĕ in nominibus qualia *Căpăneu* Ov. a. a. III 21, *Măcăreu* her. XI 21 in versum redigi non poterat; sed etiam ubi Latina flexio aptam formam praebuisset, Graecus vocativus praefertur[9]): *Pēleu* (cf. Pēlĕĕ) Cat. 64, 26. Ov. met. XI 284. 349; *Theseu* Cat. 64, 69. 133. Ov. a. a. III 35.

III. Declinatio.

dat. -ĭ. Soli metro concessus est dativus sing. in -i brevem finitus, qui non nisi apud dactylicos invenitur[10]): apud Catullum: *Minōĭdĭ* pro Minōĭdī 64, 247; *Thētўĭ* pro Thētўī 66, 70; praeterea apud Statium Silv. IV 2, 28 *Dōrĭdĭ*; Theb. III 521 *Iāsŏnĭ*; Ach. I 285 *Pāllădĭ*;

1) a Propertio primo usurpata, nam Catullianum 64, 178 *Idomeneos* incertum. Cf. Neue I 455—456. Sniehotta p. 22—23.

2) Neue I 505. 506. Sniehotta p. 22—23. 3) Cf. supra p. 335 sq.

4) Catullus a Neuio I 457 non citatus primus hunc dativum exhibet. Cf. Sniehotta p. 23.

5) Locus deest apud Neuium I 518. 6) Neue I 505—506.

7) Neue I 470—472. Sniehotta p. 31—33. 51—52. 60—61.

8) Neue I 445—446. Sniehotta p. 15. 61 n. 2.

9) Euphoniae gratia, velut *deus*, non *dee* dicebant. Cf. J. Schäfler, Die sog. syntakt. Graecismen p. 55.

10) Neue I 457. Maur. Haupt, Opusc. III 129. Baehrens PLM II p. 43. L. Mueller p. 496. Vollmer ad Stat. Silv. p. 448. Reeck p. 59. — Deest hic dativus Graecus apud Sniehottam.

semel fortasse apud Ovidium her VIII 69 *Castor.* in elisione, semper igitur metro postulatus.

acc. -a. Accusativi saepe sola terminatio Graeca -a iam ab Ennio usurpata[1]) metro satisfacit:

Catullus *āĕră* pro āĕrem[2]) 66, 53. Ovidius *āĕră* am. II 6, 33; a. a. I 82; II 53. 54; *Amazona* a. a. II 743; *Briseida* a. a. III 189; *Byblida* a. a. I 283; *Cāstŏră* am. III 2, 54; *Cōlchĭdă* II 14, 29; *Hēctŏră* a. a. I 441; *Lacedaemŏnă* P. I 3, 71; *Lycōrĭdă*[3]) a. a. III 537; *Mēmnŏnă* am. III 9, 1; *Milaniona* (pro Milánionēm in secundo hemistichio pentametri a. a. II 188; *Minōĭdă* I 509; *Nerēĭdă* am. II 17, 17; *Pāllăda* am. II 16, 8; a. a. I 625. 745; *Phasida* a. a. III 33; *Phyllida* a. a. II 353. III 38; *Perenida* P. I 3, 75; *Priameida* a. a. II 405; *Salmoneida* am. III 6, 43; *Schoeneida* I 7, 13; *Styga* (pro ⏓ Stўgem, cum syllaba antecedens, qualiscumque est, per St longa fiat a. a. I 635. II 41. III 14.

Commoditatis causa hic accusativus Graecus ponitur:

a Catullo *Minoa* pro Minoem ante cons. 64, 85; ab Ovidio *adamanta*[4]) (pro ădămāntēm in quinto pede am. III 7, 57. a. a. I 659; *Opunta* pro Ōpūntēm (in V. pede) P. I 3, 73.

acc. -in. Eorum nominum, quorum nominativus in -is exit, accusativus Graecus -in[5]) ante vocalem multo est aptior quam forma Latina -im:

Ovidius: *Busirin* pro Busirim elisionis vitandae causa vel potius pro usitatiore[6]) Busīrĭdem a. a. I 649; *Parin* pro Parim ante voc. rem. 457; *Procrin* ante voc. met. VII 707. 712. 824. — Contra ante cons.: *Parim* met. XII 596. XIII 200; et in VI. pede: *Isim* am. II 2, 25.

Sed etiam ante cons. Graeca flexio adhibetur: *Memphin* am. II 13, 8; *Parin* rem. 65. Sic iam Catullus 63, 42. 88 ante cons. forma Graeca *Attin* usus erat.

acc. -yn. Item accusativus -yn[7]) pro -ym ante vocalem ponitur.

Ovidius *Othryn et* met. VII 353; sed etiam ante cons. *Ityn* met. VI 636 et in VI. pede *Ityn* am. II 14, 30. III 12, 32. Apud Catullum exemplum huius accusativi non exstat.

voc. -i. Praecipue vocativum in -i finitum Ovidius adama-

1) Neue I 458—470. Sniehotta p. 31—33. 52. 60

2) Lucr. semper *aera* Cartault p. 43. — *aera* iam Enn. a 148; contra var. 55 *aerem*. Neue I 459. 460.

3) Falso Riese in indice: *Lycoride*.

4) Hanc formam Ov. primus exhibet. Neue I 461.

5) Primum apud Lucilium occurrit Neue I 477—479. Sniehotta p. 29—31. 56. 73.

6) Cf. Forcellini, Onomasticon s. v.

7) Inde a Cicerone et Vergilio Neue I 480. Sniehotta p. 29—31.

vit, quia Latina terminatio -is a Plauto et Terentio semper ad hibita ante cons. positionem facit, cum Graeca ab Accio primum usurpata[1]) ei brevem syllabam praebeat:

Amăryllĭ a. a. III 183; *Brīsēĭ* II 713; *Cēphēĭ* III 191; *Cўpāssĭ* (in altero hemistichio) am. II 8, 2. 22; *Gnōsĭ* (item) a. a. III 158. *Īnăchĭ* (cum Īnăchīs ante cons. omnino innecti non possit) III 464; *Īsĭ* (in primo pede, qui semper fere dactylum continet) am. II 13, 7; *Lўrnēsĭ* a. a. II 403; *Phўllĭ* (in II. hemistichio) am. II 18, 22; *Prōcrĭ* a. a. III 714 (in I. pede[2])). III 727; *Sīdŏnĭ* (pro Sīdŏnīs) III 252.

Apud Catullum legimus in carmine lyrico 4, 13 formam *Amastrĭ*.

nom. plur. -ĕs. Nominativi pluralis saepe metrum formas Graecas[3]) exigebat.

Catullus *Nerēĭdĕs* pro Nerēĭdēs 64, 15 ad eremplum Cic. Arat. 446.

Item Ovidius *analēmptrĭdĕs* a. a. III 273; *Iāzўgĕs* P. I 2, 77; *Medēĭdĕs* a. a. II 101; *Plīădĕs* I 409; *Trōădĕs* her. XV 79. Interdum commoditatis gratia velut *Sīrēnĕs* a. a. III 311.[4])

acc. -ăs. Propter eandem causam inde ab Ennio accusativus Graecus in -ăs[5]) cadens ponitur pro Latina forma -ēs.

Catullus *Thўădăs* pro Thўădēs 64, 391. Ovidius *Amāzŏnăs* a. a. III 1; *herōĭdăs* am. II 4, 33. a. a. I 713; *Pērsĭdăs* a. a. I 172; *pўxĭdăs* III 210.

Sed etiam metro non iubente accusativus Graeco more flectitur.

Catullus *Cycladas* 4, 7 in fine versus; Ovidius *Dardanidas* met. XIII 411 ante cons.

gen. -on. Pro Chalybum Catullus, quamquam eius 'carmina Graecis terminationibus non abundant'[6]) et -ων genetivi rarissima est omnium terminationum Graecarum a Romanis adhibitarum, tamen ante vocalem ponit *Chalybon*[7]) 66, 48 cum elisionem vitaturus tum Callimachi verba fr. 35[c] *Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος* vertens.

Apud Ovidium talem genetivum non inveni.

dat. -si. Dativus plur. Graecus in -si exiens[8]) etiam a Varrone adhibitus legitur apud Ovidium a. a. III 672 *Lēmnĭăsin* pro

---

1) Neue I 443—445. Sniehotta p. 18. 2) Cf. supra p. 317.

3) Neue I 482—484. Sniehotta p. 18—19. 49. 62.

4) Falso Riese in indice: 313.

5) Neue I 486—492. Sniehotta p. 35. 49.

6) Neue I 485. L. Mueller p. 377. Sniehotta p. 24. 55.

7) Lucretius Varro sat. Men. Catullus primi hac terminatione Graeca usi sunt.

8) Neue I 485—486. Sniehotta p. 24. Heußner p. 16.

Latina forma Lemniădĭbus. Item verisimile est Catullum 64, 287 [1]) dativo Graeco usum esse; certe sive *Naiasin* sive *Haemonisin* sive *Mnēmonisin* sive *Meliasin* legimus, semper Latina forma in -ădĭbus vel -ĭdĭbus exiens propter tribrachyn a metro abhorret.

Cetera omnia, quae ad formarum doctrinam pertinent, vocabulorum formationem dico, quinta disputationis parte tractabuntur.

---

1) Cf. Madvig, Adv. crit. II p. 28—29.

Sententiae controversae.

1. Aesch. Ag. 22—23 ὦ χαῖρε λαμπτήρ, νυκτὸς ἡμερήσιον φάος πιφαύσκων cum Ahrensio et Wilamowitzio post λαμπτήρ interpungo.

2. Verg. Aen. XI 261 cum codicibus lego *diversum ad litus abacti*, non cum Spitta Quaest. Verg. p. 32 *diversa ad litora abacti.*

3. Pluralis qui vocatur poeticus e rationibus metricis explicandus est.

4. Metri dactylici necessitas linguae Latinae non incommoda, immo magno emolumento fuit.

Vita.

Ernestus Ottomarus Ignatius Bednara natus sum Orzegoviae in vico Silesiae Superioris a. d. VII. Kal. Nov. anni 1881 patre Ignatio matre Hedvigi e gente Rakowski, quibus adhuc superstitibus gaudeo. Fidei addictus sum catholicae. Primis litterarum elementis imbutus gymnasium adii Bythomiense, quod postquam per novem annos frequentavi, vere anni 1900 reliqui universitatem Vratislaviensem petiturus. Ubi cum per unum semestre theologicis studiis me dedissem, in ordinem philosophorum transii et per novem semestria scholis interfui philologicis historicis archaeologicis mathematicis physicis. Docuerunt me imprimis Cichorius Foerster Neumann Norden Rosanes Skutsch Zacher, quibus viris gratiam habere maximam nunquam desinam.